



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>

LEGUÉ

à la Bibliothèque de la Ville de Lyon

PAR LE COMTE

SÉBASTIEN-GAËTAN-SALVADOR-MAXIME

DES GUIDI

né à Caserte (Italie), le 5 Août 1769

mort à Lyon, le 27 Mai 1865

L. APVLEII MA-
DAVRENSIS PHILO-
sophi Platonici metamorphoseos,
sive de asino aureo libri vndecim,
cū præfatione, & argumentis Phi-
lippi Beroaldi in singulos libros,
& authoris vita.

His accessit in talce difficilium
quorumque verborum interpre-
tatio, quæ brevis commentarii
vice esse poterit.

Gloria mea, testimonium spiritus
Loysanguin



PARISIIS
 Ex officina Simonis Colinaei

1 5 3 6

LEGUÉ

à la Bibliothèque de la Ville de Lyon

PAR LE COMTE

SÉBASTIEN-GAËTAN-SALVADOR-MAXIME
DES GUIDI

né à Caserte (Italie), le 5 Août 1769

mort à Lyon, le 27 Mai 1863

P. L. APVLEII MA-
DAVRENSIS PHILO-
 sophi Platonici metamorphoseos,
 siue de asino aureo libri vndecim,
 cū præfatione, & argumentis Phi-
 lippi Beroaldi in singulos libros,
 & authoris vita.

*His accessit in calce difficilium
 quorumque verborum interpre-
 tatio, quæ brevis commentarii
 vice esse poterit.*

*Gloria mea, testimonium estante
 L. C. Anguin*

BIBLIOTH
 DE LA
 VILLE DE
 LYON

PARISIIS
 Ex officina Simonis Colinaei

1 5 3 6

Digitized by Google

PHILIPPI BEROALDI IN
L. Apuleium ad Lectorem Præfatio.



Magica ars, quæ in maxima fuit apud priscos dignatione, tres alias artes imperiosissimas humanæ mentis complexa, in unam se redigisse creditur: uidelicet medicinam, religionem, atq; astrologiã. Ita possessis hominum sensibus triplici uinculo, in tantum fastigium adoleuit, ut in Oriente regum regibus imperaret, sine dubio illic orta à Zoroastre conditore. quippe inter prima regalia docebatur. Nec ullus apud Persas regnare poterat, nisi magiã calleret. Author est Plato, Pueris regum doctores quatuor attribui, quos regios pædagogos appellat: quorum primus magicam peculiariter docet. Totā penè Homeri Odyssea, nō aliunde q̃ ex magia constat. siquidem Protei trāsfigurationes, & Sirenum cantus, & Circes pocula, & inferorum euocatio magico intellectu conuelatur. Primum de ea commentatum Hosthanem esse memoriæ prodiderunt, qui Xerxen regē bella Græciæ inferentem comitatus, ad rabiem nō auuditatem modo huiusce artis Græco a.ij.

rum populos egit. Tantaq; antiquitus claritas gloriaq; ex hac scientia penè semper petita est, ut Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, lumina doctrinarum ad hanc discendam nauigauerint peregrinationibus susceptis, hanc reuersi prædicauerint, hanc in arcanis habuerint. Hista spes quoq; rex prudentissimus Darij pater, cum Indiæ secreta penetraret, ad nemorosam quandam uenit solitudinem, cuius tràquillis silentijs præcelsa Brachmanum ingenia potiuntur: eorūmq; monitu edoctus puros sacrorum ritus, ex his quæ didicit magorum sensibus infudit, quæ illi cū disciplinis præsentendi futura, per suā quisque progeniem, posteris ætatibus tradiderūt. Ex eo per sæcula multa una eadēmq; prosapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Quinetiam Moses ille Iudaicarum legū cōditor famigeratus, magicæ factionem illustrasse proditur. Et planè, quod inter authores constat, orbem terrarum magia peragrauit, Oceanum quoq; transgressa, & in Britanniam usq; prouecta, quæ illam attonitè celebravit. Gallias quoq; possedit, Druidis, qui Galorum magi sunt, illustrata. Est autem magia, ut interpretatur Plato, deorum cultura. sic enim ait in Alcibiade primo, Μαγεία ἐστὶ τῶν θεῶν θεραπεία. Vnde ab Apuleio dicta cælitum antistita, colendiq; eos ac uenerādi gna-

P R A E F A T I O.

ra. Duplicem magiam esse eruditi autumant, quarum altera Platonica est & philosophica, quæ nihil aliud esse traditur, q̃ naturalis philosophiæ absoluta consummatio: cuius cultor religioso sanctoq; uocabulo, magus appellatur. Etenim Persarũ lingua magus est, qui nostra sacerdos. Altera dæmonum potentia constat, res mediussidius execranda, intestabilis, portentosa: quam nomine detestabili γομφείαρ, uel horribiliori θεσπρίαρ uocāt. quauis Porphyrius Platonicus quandam quasi purgationem animæ per θεσπρίαρ promittit, qui tamen hanc artem modo, tanq̃ fallacẽ legibúsq; prohibitam, cauendam monet: modò utilem mūdādæ animæ parti esse dicit. Cæterũ uulgari more magum eum esse dicunt, qui communionẽ quadam loquendi cum dijs immortalibus, ad omnia quæ uelit incredibilia, quadam ui cantaminum polleat: & uulgo magi, malefici ob facinorum magnitudinẽ nuncupantur, ut scribit diuus Augustinus. Et repetitũ est in decretis canonicis. 26. q. 5. Hi sunt qui elementa concutiunt, mētes hominũ turbant uiolētia cantaminis, citra tamen ueneni haustum. Ex quo cecinit Lucanus, Mens hausti nulla sanie polluta ueneni Exantata perit.

Magos dici arbitratur Porphyrio cōmentator q̃si magnagos, à magnis uidelicet rebus, quas
a. iij.

se perficere posse gloriantur: atq; eos carminibus cōuertere sensus animosq; mortalium. Hinc, teste Tertulliano, sunt phantasmata Castorum, & aqua cribro gestata, & nauis cingulo promota, & barba tactu intrusata. Magia legibus duodecim tabularū fuit antiquitus interdicta. Verba ipsarum legum decemuiraliū sunt hæc, Qui fruges excantasset, qui malū carmen incantasset: & illud, Neue alienam segetē pellexeris. hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros transferri posse credebantur: ideoq; in duodecim tabulis, ei qui hoc fecerit supplicium, ut Cicero memorat, constitutum fuit. Hinc ait Dido Vergiliana, Magicas se inuitam accingier artes. species magiæ plures. est enim ex aqua, quæ hydromantia nuncupatur: ex securibus, quæ axinomantia. Alia fit per specula, quam catoptromantiam nominant, de qua intelligi uoluit spartianus in Didio Iuliano, his uerbis, Carmina prophana incantauerūt, & ea quæ ad speculum dicunt fieri: in quo pueri præligatis oculis incantando uētura respicere dicuntur. Iulianus fecit. Est & lecanomantia, quæ ex peluibus diuina promittit, quas græci λεκανας uocant. Et apud Persas erant magi, Strabone teste in decimosexto, lecanomantici cognominati, quasi ex peluibus diuinantes. Psellus quoq; libro de dæmonibus tradit,

P R A E F A T I O.

*lecanomantiam apud Assyrios frequentatā, scribens uaticinantes accipere peluim aqua plenam, dæmonibus congruentem in profunda repentibus: ubi autem dæmon illapsus est, aqua ædi sonum quēdā fatidicū. Præterea notissimæ sunt pyromātia, geomātia, chiromātia: uidelicet per ignē, terrā, incisuras manuū factæ diuinationes. Necromantia, siue necyomantia ea est, qua umbrarum euocationes fiunt, & inferorum colloquia celebrantur: à qua necromantici illi famigerati nomen sortuntur. quorum incantamenti mortui resuscitari, diuinare, ad interrogata respondere uidentur. Nec fit talis diuination sine sanguine. Talis est apud Homerum euocatio maniū facta ab Vlysse: talis apud silium, à scipione: apud Valerium Flaccum, ab Esonē: apud Papi nium, à Tiresia: apud Horatium, à fœminis ueneficis. Quidam necyomantiam, sciomantiāq; ita distinguunt, ut necyomantiæ ad erigendum cadauer sanguis sit necessarius: in sciomantia uerò, sola sufficiat umbræ euocatio, unde & nomen. Est & capnomantia ars quēdā ex fumo aræ uerū præuidendi, & ex motione fumi quæ sūt futura cognoscendi: cuiusmodi diuinaculos à fumo, capnomantas appellant. Ex hoc magiæ fonte deriuati sunt apud Romanos Ethrusci aruspices: apud Indos, Brachmanes, & gymnosophistæ: apud
a.iiij.*

Gallos, Druidæ, & Bardi: apud siculos, Galeata: apud cunctas nationes, planetarij, qui mathematici sunt, & uulgo astrologi nominantur. Plinius ubiq; alacriter oppugnat illudiq; placita magorū atq; promissa, magicāsq; fere semper uanitates appellat: nec ueritus est scribere, magiā artem esse instabilem, irritā, inanem. Q. Curtius magiam non artē esse proficitur, sed uanissimi cuiusq; ludibriū. Ecclesiastici conditores magicas præstrigias uocitāt, tanq̃ fallacia quadā præstringētes hominum mentes, rerum ueritatem eментiantur, & ita curiositati mortaliū callēter illudant. Cæterū nō parū multi credulitatē suā addixerūt magicæ doctrinæ, perinde ac rerū cunctarū potētissimæ. Inter quos, ut cæteros prætereā, Lucius Lucianus Patrēsis diuinationis gnarus, nec minus elegās sophista q̃ mordax, scripsit se petiisse Thessaliā desiderio noscēdæ magicæ flagras: ibiq; dum se in auem uerti cuperet, in asinu a Palæstra ancilla ungueti potētia esse demutatū: & ita sub asinali effigie, humano tamē sensu & mētē incolumi retēta, multas ærunas exanclasse, multiuigōsq; labores tolerasse cōmemorat donec gustatis rosis in pristinū Luciū reformaretur. Hic igitur apud græcos stylo perelegāti lusit asinū aureū, quē noster Apuleius æmulatus, & ipse apud latinos cōsimili argumēto, stylōq; nitidissimo cō-

PRÆFATIO.

didit undecim uolumina de asino aureo, siue metamorphoseon, in quibus elegās est, eruditus, emūctus. Et cum haud dubiè ex racemis Luciani sibi fecerit uindemiā, eoque uno archetypo propè peculiariter sit ausus, magna tamē inter græcum latinūmq; asinum differentia: ille brevis, hic copiosus: ille uniformis & summatim ex homine in asinum, ex asino in hominem transformationem reformationemq; perscribens: noster uero multiplex, & fabellis tempestiuiter interfertis omne aurium fastidium penitus absterget. Græcus ille magiā primoribus labris gustasse uideri potest, quanuis de se scripserit, *μὲν τις ἀγασθὸς, νατικίνος βανός*: hic uerò noster plenis haustibus hausisse, in tantum ut magorum maximus crederetur. Et, ut author est Augustinus, Apuleium & Apollonium dixere non minora quàm Christū fecisse miracula. Et, ut Lactantius refert, solent Apuleij & multa & mira memorari. Ipse tamen magi nomen respiciens, aduersus calumniatores, qui ei magicarum artium crimen intenderant, eloquentissimè se defendit. sunt præterea in Lucio nostro uerba non parum multa interseminata, quibus magis delecter quàm utar: plurima uero quibus perinde utar ac delecter. Et sanè nouator plerumq; uerborum est elegatissimus, tantòque cum decore & uenere, ut

IN L. APV L. PRAEFATIO.

nihil decentius, nihil uenustius fieri possit. Denique hic noster asinus, sicut uerbo dicitur, ita re ipsa aureus cōspicitur, tanto dicendi le-
pore, tanto cultu, tanta uerborū minimè tri-
uialium elegantia concinnatus compositusq;,
ut de eo id dici meritissimo possit, musas A-
puleiano sermone loquuturas fuisse, si latine
loqui uellent. Et ut dicā quod sentio, plurimū
conferre Apuleij frequens lectio ad excolen-
dam linguam potest: & ad eam eloquentiae
partem quam sermocinatricem appellant, ma-
ximè est accommodata. Cuius eloquētiam si-
donius Apollinaris uelut fulminantem prae-
conio uirtutis extollit. Et diuus Augustinus
in epistolis, Apuleium eloquentissimum esse
testatur: de quo sic scribit, Apuleius Afer ho-
nesto patriæ suæ loco natus, & liberaliter
educatus, magnâq; præditus eloquentia. Eū-
dem in libris de ciuitate dei Platonice græ-
ca & latina lingua nobilem appellat. Quā-
obrem te Lector oro, moneo, hortor, ut fami-
liaris tibi fiat hic scriptor, sitque tuum quasi
manuale & enchiridium.

VITA LVCII APVLEII SVM-
MATIM RELATA.

LVcio Apuleio Afro nobili Plato-
nico, patria fuit Madaura, Roma
ni Po. colonia olim splendidissi-
ma, & sub syphacis ditiōe collo-
cata, quæ in Numidiæ Getuliæq;
confinio sita est. Ex quo seminumidã & se-
migetulũ semetipse proficitur. Vnde & Ma-
daurensis Platonius Sidonio dictus. Pater no-
mine Theseus, cunctis in patria honoribus per-
functus. Mater nomine salvia, inter fœminas
probitate præcellēs. Cuius nobilitas satis cla-
ra, utpote à Plutarcho illo inclyto Cheronēsi,
ac sexto philosopho Plutarchi nepote deriva-
ta. Vxor Pudentilla, opulentij, uirtutibûsq;
quæ in fœminã cadūt dodatissima. Ipse uerd
succulenta proceritate, oculis cæsij, flauo ca-
pillitio speciosus. Floruit Carthagine sub Io-
liano Auito & Claudio Maximo procōsulibus.
Vbi pueritiã disciplinis liberalibus excoluit,
plurimũq; sub doctōribus Carthaginiēsis
profecit. Vnde haud immeritò sese Carthagi-
nis alumnũ gloriabundus prædicat, eamq;
Africæ musam cælestē, & magistram uenera-
bilem appellat. Dein Athenis unde omnium
doctrinarum fluētã antiquitus hauriebatur,
ebibit musarũ crateras multiugas, poëticae

commentitiam, geometriæ hympidam, musicæ
dulcē, dialecticæ austerulam, uniuersæ uerò
philosophiæ nectareā. Nouémq; musas, hoc est
nouem disciplinas ingenuas magno studio nec
tasso sudore percoluit. Mox Romæ studiorum
Latinorū cultor assiduus et uigilax, ad id fa-
cūdiæ Romanæ fastigiū peruenit, ut eloquē-
tissimus, doctissimúsq; iuxtā conspiceretur,
possetq; meritissimè polyhistor, hoc est mul-
tiscius nuncupari. Ibiq; sacris Osiridis initia
tus in numerum pastophororū, quod sacrosan-
cti collegij nomen, cooptatus, patrocinia fore-
sia ex dei præcepto libens obibat. Hic nō mi-
nus eloquio pollens q̄ eruditione præpollens,
negotiū agens posteritatis non parum multa
uolumina condidit: quæ partim incuria tēpo-
rum intercepta desiderātur, partim ad poste-
ros trāsmissa affatim declarant quātum uir
ille ingenio, doctrināq; præstiterit, quātūmq;
inter barbaras atq; incultas nationes uirtus
elucescat. Sic et olim apud socordissimos scy-
thas Anacharsis sapiens natus, ex Apuleianis
monumentis cum alia cōpluacula, tum de cō-
uiuialibus quæstionibus, de piscibus, de genitu
animaliū, et epigrāmata, et Hermagoras, de-
siderantur. Ex his uerò quæ hoc tēpore ex-
tant, circumferūtur libelli quatuor floridorū.
In quibus florida facundia, et odorata eru-
ditio, lectorem mirū in modū oblectat, tenet,

VITA.

amoenat. Vbi ueluti saltuatim uarietas rerum
cōtexta cōiungitur. Oratorias omneis uirtutes
cōplectitur copiosissima & disertissima ora-
tio, quæ crimē magiæ ab aduersarijs obiectū
à se alienū esse defendit tantis eloquētiæ, do-
ctrinæq; uiribus, ut semetipsum uicisse uidea-
tur. Liber est unus de deo siue de dæmonio
socratis inscriptus, cuius testimoniū identidē
citāt Diuus Augustinus in definitione dæmo-
num, & descriptione hominum. De dogmate
Platonis libri duo. Vbi quæ à Platone pluri-
bus uoluminibus dispersim lateq; explicātur,
strictim & in arctum collecta miro breuilo-
quio perscribuntur. De cosmographia unus,
non pauca cōtinens ex meteoris Aristotelicis.
Dialogus Trismegisti ab eodem latinitate do-
natus. Ita ut non tam eleganter atticissare.
quàm latialiter disertare uideatur. Cū primis
uero uolumina undecim de asino aureo, tāto
lepore, tanta elegātia, tanta florulētæ narra-
tionis uarietate cōdita sunt, ut nihil lepidius,
floridius, amabilius esse quicq; possit, aded ut
merito asinus aureus, ob stylū bracteatum &
nitidissimam pulchritudinē inscribatur. Quid
enim pulchrius hoc asino uerē aureo, uerē
bracteato? Quāquam non pauci sunt, qui me-
tamorphosin, hoc est transfigurationem siue
transformationem ex rei argumento malint
appellitare.

scriptoris intentio atq; consilium.

In exponēdis authoribus id quoq; spectari quæriq; solet, quæ fuerit scribentis intētio atq; consilium. Ego Apuleium quidem nostrū confirmo Lucianum græcū scriptorem argumento consimili imitari. Verū sub hoc transmutationis inuolucro, naturam mortalium & mores humanos, quasi transeūter, designare uoluisse: ut admoneremur, ex hominibus asinos fieri, quādo uoluptatibus beluinis imersi asinali stoliditate brute scimus, nec ulla rationis uirtutisq; scintilla in nobis elucescit. sic enim homo, ut docet Origines in libro peri archon, sit equus & mulus: sic trāsmutatur humanū corpus in corpora pecuina. Rursus ex asino in hominē reformatio significat calcatis uoluptatibus, exutiisque corporalibus delicijs rationē resipiscere: & hominē interiorem qui uerus est homo, ex ergastulo illo cœnoso ad lucidū habitaculum, uirtute & religione ducibus, remigrasse: ita ut dicere possimus iuuenes illicio uoluptatū possessos, in asinos trāsmutari: mox senescentes, oculo mentis uigente, maturescētibusq; uirtutibus, exuta bruti effigie, humanam resumere. scribit enim Platon in symposio, quod tūc mentis oculus acutē incipit cernere, quum primū corporis oculus deflorescit. Quinetiā Proclus, nobilis Platoniceus, monet multos esse in uita lupos, multos

SCRIPTORIS INTENTIO.

porcos, plurimos alia quadā bruti specie circū
 fuſos. Quod minimè mirari nos oportet, cū ter
 renus locus Circes ipsius ſit diuerſoriū: cū ani
 mæ aut unguentis delibutæ, aut pharmacis
 epotis inebriatæ trāſfigurētur iu brutas ani
 mantes. Pharmaca autem ſunt obliuio, error
 inſcitia: quibus anima cōſopita bruteſcit, do
 nec guſtatis roſis, hoc eſt ſcientia, quæ mētis
 illuſtratio eſt, cuiuſq; odor ſuauiſſimus, auide
 hauſta, in humanam formam, hoc eſt rationale
 intelligētiam reuertatur, exuto a finalī corio,
 id eſt deposito inſcitiae & rerū terrenarum
 craſſiore uelamento. Et ſanè reperiuntur ani
 mæ quā pauciſſimæ, quæ corporeis pedicis
 inuolutæ, & brutalibus uoluptatibus irreti
 tæ exiſtant ſobriæ, puræ, imperturbatæ, nul
 la in aſinum, aliāq; brutas animantes facta
 tranſfiguratione. Poſteſt & metamorphoſeos
 cauſa referri ad multiugos humanæ uitæ la
 bores, multiformēq; uarietates, quibus homo
 penè quotidie tranſmutatur. Illa uerò exudi
 tioribus principalis huiuſce tranſmutationis
 cauſa, ualdeq; probabilis uideri poteſt, ut ui
 delicet ſub hoc myſtico prætextu Apuleius no
 ſter Pythagoricæ, Platoniceq; philoſophiæ cō
 ſultiſſimus, dogmata utriuſq; doctōris oſten
 deret: & ſub hac ludicra narratione palinge
 neſiam atq; metempsychōſin, id eſt regenera
 tionem trāſmutationēq; diſſimulāter aſſe



A R G V M E N T. L I B. I.

reret: & ut simul quanta eloquentia latiali
homo Afer, quanta elegantia, quanta rerum
uerborumq; copia præditus esset, euidenter
edoceret. Cæterum cū istæ præfationes libe-
tius nos ad lectionē propositiæ materiæ per-
ducant, eiúsq; euidentiore præsent intelle-
ctum, singulis libris hypothesin siue argumē-
tum subiungam, summatim breuiterq; con-
scriptum: ut quid in quoque uolumine con-
tineatur, statim Lector intelligat.

20 HYPOTHESIS SIVE ARGV- mentum primi libri metamorphoseon.

I. Apuleius magiæ noscēdæ cupies, Thes-
saliā petit, ubi artes magicæ pollebāt. In iti-
nere duobus uiatoribus se tertiu comitē ad-
iungit. Narratur inter eūdū mira quædā &
incredunda de circulatorē, de Meroë & Pan-
thia lamijs ac sagis. Mox accessus Lucij ad
Hypatā ciuitatē, hospitiumq; Milonis, & hospes
ipse describitur. Fuit opinor operæpretiū hæc
carpti degustasse, ne illotis (ut aiunt) pedibus
Lector ingrederetur. Et ut tyrociniū scholasti-
corū cōmodius instrueretur, libuit aliquantū
euagari, & quodā quasi themate futuræ in-
terpretatiōis anteloquio ista præmittere. Sed
iam tēpus est, ut Apuleiū curiosius inspicias,
quem in uita philosophū, in scriptis amatore
res ipsa demonstrat, ut testatur Ausonius.

L. APVLEII MA³

DAVRENSIS PHILOSO-
phi Platonici, de asino aureo liber
primus.



T ego tibi sermone isto
Milesio,
Varias fabellas cōse-
ram, atq; aures tuas
Beniuolas, lepidο su-
surro permulceam:
Modò si papyrus Aē-
gyptiam Nilotici

- Argutia calami inscriptam, non spreueris,
10 Figuras hominum in alias imagines
Conuersas, in se rursum nexu mutuo
Refectas ut mireris, hoc exordior.

- Quis ille, paucis accipe: Hymettos Attica,
Et Isthmos Ephiræa, Et Tænaros spartiacæ,
15 glebæ felices, æternum libris felicioribus cre-
ditæ, mea uetus prosapia est. Ibi (inquā) in At-
thide primis pueritiæ stipendijs merui: mox
in urbe Latia aduena, studiorū quiritiū indi-
genam sermonem ærumnali labore, nullo ma-
20 gistro præeunte, aggressus excolui. En ecce
præfamur ueniam, si quid exotici ac forensis
sermonis rudis locutor offendero. Iā hæc qui-
dem ipsa uocis immutatio desultoriæ scientiæ
b.i.

stylo, quē accessimus, respondet. Fabulā Græ-
 canicam incipimus, Lector intende, lætaberis. 30
 Thessaliā, nam & illic originis maternæ no-
 stræ fundamenta à Plutarcho illo inclito, ac
 mox sexto philosopho nepote eius prodita,
 gloriā nobis faciūt: eam Thessaliā ex nego-
 tio petebam. Postquā ardua montiū, & lubri- 35
 ca ualliū, & roscida cespitiū, & glebosa cam-
 porū emersi, me equo indigena peralbouehēs,
 iam eo quoq; admodū fesso, ut etiā fatigatio-
 nem sedentariā incessus uegetatione discute-
 rem, in pedes desilio, equi sudorē & frontem 40
 curiose extrico, aureis remulæo, frenos detra-
 ho, in gradum lenem sensim proueho, quoad
 lassitudinis incōmodū, alui solitū ac naturale
 præsidium eliquaret. Ac dum is ientaculum
 ambulatoriū, prataq; præterit, ore in latus de 45
 torto pronus adlectat, duobus comitum, qui
 forte paululum procefferant, tertium me fa-
 cio: & dum ausculto quid sermōis ageretur,
 alter exorto cachinno, Parce (inquit) in uerba
 ista, hæc tam absurda tamq; immania mētiē- 50
 do. Isto accepto, sititor alioqui nouitatis, imò
 uerò (inquā) impartite sermone, nō quidē cu-
 rio sum, sed qui uelim scire uel cuncta uel ær-
 tē plurima: simul iugi, quod insurgimus, aspe-
 ritudinē fabularū lepida iucūditas leuigabit. 55
 At ille qui cœperat, Næ (inquit) istud medaciū
 tā uerū est, q̄ si q̄ uelit dicere, magico susur-

ranime amnes agiles reuerti, mare pigrū col-
 ligari, uētos inanimes expirare, solē inhiberi,
 lunā despumari, stellas euelli, diē tolli, noctē te-
 neri. Tunc ego in uerba fidētior, Heus tu (in-
 5 quam) qui sermonē iecerās priore, ne pigeat te
 uel tædeat reliqua pertexere. Et ad aliū, Tu
 uerò crassis auribus, & obstinato corde, re-
 spuis, quæ forsitan uerè perhibeātur. Minus
 hercule calles prauissimis opinionibus ea pu-
 10 tari mēdacia, quæ uel auditu noua, uel uisu ru-
 dia, uel certe supra captū cogitationis ardua
 uideātur: quæ si paulo accuratius exploraris,
 nō modo cōpertu euidētia, uerū etiā factū fa-
 cilia senties. Ego deniq; uespera dū polentæ at
 15 seatæ mordicō securius offulā grādiore in cō-
 uiuas ænulos cōtruncare gestio, mollitiē cibi
 glutinosi faucibus inhæretis, & ima gulā spi-
 ritus detinētis, minimo minus interij. Et ta-
 mē Athenis proximò & ante Pœcilē porticū
 20 isto gemino obtutu circulatorē aspexi eque-
 strē, spathā præacutā nucrone infesto deuor-
 rasse: ac mox eūdē inuitamento exiguæ stipis
 uenatoriæ lanceā, qua parte minatur exitiū,
 in ima uiscera cōdidisse. Et ecce ponē lanceæ
 25 ferrū, quā bacillū iuersi teli ad occipitiū, p in-
 guen subit, puer in mollitiē decorus infurgit,
 inq; flexibus tortuosis enervā & exossā salta-
 tionē explicat, cū ōniū, q̄ aderamus, admiratio
 ne: diceres dei medici baculo, qđ ramulis se-
 b.ij.

mi amputatis nodosum gerit, serpentem gene- 25
 rosum, lubricis amplexibus inhærere. sed iam
 cedo tu fodes, qui cœperas, fabulam remetire.
 Ego tibi solus hic pro isto credā, & quod in-
 gressui primū fuerit stabulū prandio parti-
 cipabo, hic tibi merces posita est. At ille, Istud 30
 quidē quod polliceris, æqui boniq; facio. Ve-
 rū quod inchoaueram, porrò exordiar. sed
 tibi prius deierabo solem istum uidentē, deū,
 me uera comperta memorare, ne & uos ulte-
 rius dubitetis, si Thessaliam proximā ciuita- 35
 tem perueneritis, q̃ ibidē passim per ora po-
 puli sermo iactetur, quæ palām gesta sūt. sed
 ut prius noritis qui sim & cuiatis, & quò
 quæstū nūc eam, audite: Aegiensis quidē sum,
 Aetneo melle uel caseo, & huiusmodi cau- 40
 ponarū mercibus per Thessaliā, Aetoliā, Bœo-
 tiam, ultro, citro discurrens. Cōperto itaq; q̃
 Hypatæ, quæ ciuitas cunctæ Thessaliæ ante-
 pollet, esset caseus recens, & sciti saporis, ad-
 modum cōmodus pretio distrahi, festinus ad- 45
 curri, id omne præstinaturus. sed ut fieri as-
 solet, sinistro pede profectū me spes cōpendij
 frustrata est, omne enim pridie Lupus nego-
 tiator magnarius cōmerat. Ego igitur ineffi-
 caci celeritate fatigatus, cōmodū uespera oriē 50
 te, ad balneas processerā. Ecce socratē cōtu-
 bernalē meū cōspicio. humi sedebat, scissili pal-
 liastro semiarmictus, penē alius lurore ac mi-

fera macie deformatus, qualia solēt fortunæ
 deterrima, stipes in triujs erogare. Hunc ta-
 lem, quanq̃ necessariū & summè agnitū, ta-
 mē dubia mēte propius accessi. Hem (inquā)
 5 mi Socrates, quid istud? quæ facies? quod fla-
 gitium? At uerò domi tuæ iā defletus & cō-
 clamatus es, liberis tuis tutores iuridici p-
 uincialis decreto dati, uxor præsolutis ferali
 bus officijs, luctu & mœrore diuturno defor-
 10 mata, diffletis penè ad extremā captiuitatē
 oculis suis, domus infortuniū nouarū nuptia-
 rum gaudijs à suis sibi parentibus hilarare
 cōpellitur. At tu hic laruale simulacrū, cum
 sumo dedecore nostro uiseris. Aristomene (in-
 15 quit) næ tu fortunarū lubricas ambages, &
 instabiles incursiones, & reciprocas uicissitu-
 dines ignoras: & cū dicto sutili cētuculo faciē
 suā iādudū punicatē præ pudore obtexit, ita
 ut ab umbilico pubetenus, cætera corpis renu-
 20 daret. Nec deniq; p̃pessus ego tā miserū erū-
 næ spectaculū, iniecta manu ut assurgat eni-
 tor. At ille ut erat capite uelato, Sine (inquit)
 fruatur diutius trophæo fortuna, quod fixit
 ipsa, effici sequatur. Et simul unā ex duabus
 25 lacinijs meis exuo: eūq; properè uestio diuam,
 anne cōtego? Et illico lauacro trado, quod un-
 ctui, quod tersui ipse præministrō, sordiu enor-
 mem eluuiē operose effrico. Probè curato, ad
 hospitiiū lassus ipse fatigatū ægerrimè susti-
 b. iij.

L. APVLEII DE ASINO

nens pduco, lectulo refoueo, cibo satio, poculo 30
 mitigo, fabulis pmulceo. Iam ad lubetias p-
 cliuis est sermonis & ioci, & scitū est cauillū.
 Iam diacitas tinnula, cū ille imo de pectore
 cruciabile suspiriū ducēs, dextra seruiēte frō
 tem replaudēs, Me miserū (insit) qui dū uolu 35
 ptatē gladiatorij spectaculi satis famigerabi-
 lis cōsector, in has ærūnas incidi. Nam ut scis
 optime, secundū quæstū Macedonia pfectus,
 dum mense decimo ibidē attentus numatior
 reuertor, modico prius q̄ Larissam accederē, 40
 per transitū spectaculū obiturus, in quadam
 auia, & laciniosa conualle, à uastissimis la-
 tronibus obsessus, atq; omnibus priuatus, tã-
 dē euado: & utpote ultimè affectus, ad quã-
 dam cauponam Meroën anum, sed admodum 45
 scitulā, deuorto, eiq; causas & peregrinatio-
 nis diu turnæ, & domuitionis anxie, & spo-
 liationis diurnæ, aperio. Et dum miserè refe-
 ro quæ memini, illa me q̄ humanè tractare
 adorta, cœnæ gratæ atque gratuitæ, ac mox 50
 urigine percita, cubili suo applicat. Et statim
 miser ut cum illa acquieui, ab unico cōgressu
 annosam ac pestilētē contraho: & ipsas etiā
 lacinias, quas boni latrones contegendo mihi
 concesserant, in eam contuli: operulas etiam, 55
 quas adhuc negetus saccariā faciens merebā,
 q̄ me ad istā faciē, quā paulò antè uidisti bo-
 na uxor, & mala fortuna perduxit. Pol quidē

tu dignus (inquam) es extrema sustinere, si
 quid est tamē nouissimo extremius, qui uolu-
 ptatē uenereā, & scortū scortū lari & libe-
 ris prætulisti. At ille digitū à pollicē pximū
 5 ori suo admouēs, & in stuporē attonitus, Ta-
 cē, tace inquit. Et circūspiciēs tutamēta sermo-
 nis, Parce (inquit) in fœminā diuinā, ne quā
 tibi lingua intēperante noxā contrahas. Ain
 tandē (inquā) potens illa & regina caupona?
 10 quid mulieris est? saga (īquit) & diuinipotēs,
 cælū deponere, terrā suspēdere, fonteis dura-
 re, mōteis diluere, maneis sublimare, deos in-
 firmare, sydera extinguere, tartarū ipsum illu-
 minare. Et oro te (inquā) oro te (īquā) aulæū
 15 tragicū dimoueto, & sipariū scenicū cōplicato
 & cedo uerbis cōmunibus. Vis (inquit) unū
 uel alterū, imò plurima eius audire facta? Nā,
 ut se ament effliēt, nō modò incolæ, uerum
 etiā Indi uel Aethiopes utriq; uel ipsi Anti-
 20 chthones, folia sūt artis & nugæ meræ: sed qđ
 in cōspectu pluriū ppetrauit, audi. Amatorem
 suū, qđ in aliā temerasset, unico uerbo muta-
 uit in ferā castorē, qđ ea bestia captiuitati me-
 tuēs, se ab insequētibus repræcisione genita-
 liū liberat, ut illi quoq; simile, qđ uenerem ha-
 25 buit in aliā, pueniret. Cauponē quoq; uicinū
 atq; ob id æmulū deformauit in ranā, & nūc
 senex ille doliū innatās uini sui, aduētores pri-
 stinos ī fœce submissus officiosis rōchis raucus
 b. iij.

appellat. Aliū de foro quidē, q̄ aduersus eā 30
 locutus esset, in arietē deformauit, & nūc ari
 es ille causas agit. Eadē amatoris sui uxore, q̄
 in eā dicacule probrū dixerat, iam in sarcinā
 pręgnationis obsepto utero, & repugnato fœ-
 tu perpetua pręgnatione dānauit. Et ut cūcti 35
 numerāt, octo annorū onere misella illa, uelut
 elephantū paritura, distēditur. Quæ quū sub-
 inde, ac multū nocerētur, publicitus idignatio
 p̄crebuit: statutūq; est, ut in eā die altera seue-
 rissimē saxorū iaculatiōib⁹ uīdicaretur. Quod 40
 cōsiliū uirtutibus cantionū anteuertit, & ut
 illa Medea unius dieculæ à Creōte impetra-
 ris inducijs, totā eius domū, filiāmq; cū ipso
 sene, flāmis coronalibus deusserrat: sic hæc de
 uotionibus sepulchralibus in scrobē procura- 45
 tis, ut mihi temulenta narrauit proximē, cū-
 ctos in suis sibi domibus tanta numinū uiol-
 entia clausit, ut toto biduo, non claustra per-
 fringi, nō fores, nō deniq; parietes ipsi quiue-
 rint p̄forari, quoad mutua hortatione cōsonē 50
 clamitarēt, q̄ sanctissimē deierātes, sese, neq;
 ei manus admolituros: & siqui aliud cogita-
 rēt, salutare laturos subsidium. Et sic illa p̄pitia
 ta totā ciuitatē absoluit. At uero cœtus illius
 autorē nocte intēpesta, cū tota domo, id est, pa 55
 rietibus & ipso solo, & ōni fundamēto, ut erat
 clausa, ad centesimū lapidē in aliā ciuitatem
 summo uertice mōtis exasperati sitā, & ob id

ad aquas sterilē, transtulit. Et quoniam densa
inhabitantium ædificia locū nouo hospiti nō
dabant, ante portam proiecta demo discedit.

- Mira (inquam) nec minus sœua mi Socrates
5 memoras. Deniq; mihi quoq; nō paruam in-
cussisti solitudinē, imò uerò formidinē, inie-
cto nō scrupulo, sed lācea: ne quo numinis mi
nisterio similiter usa, sermones istos nostros
anus illa cognoscat. Itaq; maturius quieti nos
10 reponamus, & sōno leuata lassitudine noctis,
ante lucem aufugianus istinc, quā putas lō-
gissimē. Hæc adhuc me suadente, insolita ui-
nolentia, ac diurna fatigatione pertētatus bo-
nus Socrates, iam sopitus stertebat altius. Ego
15 uerò adducta fore, pessulīsq; firmatis, graba-
tulo etiam ponē cardinem supposito, & pro-
bè adgesto, super eum me recipio. Ac primū
præ metu aliquantisper uigilo, dein circa ter-
tiam uigiliam paululum conuiueo. Commodū
20 quieueram, & repētē impulsū maiore, quā
ut latrones crederes, ianuæ reserātur, imò æ-
ro fractis & euulsis fūdītus cardinibus, pro-
sternuntur. Grabatus alioqui breuiculus, &
uno pede mutilus, ac putris, impetus tāti uio-
25 lentia prosternitur. Me quoq; euolutū & ex-
cussū humi recidens in inuersum, cooperit
ac tegit. Tunc ego sensi naturaliter quosdam
affectus in contrarium prouenire. Nam ut la-
chrymæ sēpiculē de gaudio prodeunt, ita &

L. APVLEII DE ASINO

in illo nimio pauore risum nequiuu continere
 de Aristomene testudo factus . Ac dum infi-
 mū deiectus obliquo aspectu, quid rei sit gra-
 batuli solertia munitus opperior, uideo mulie-
 res duas altioris ætatis. Lucernam lucidā ge-
 rebat una, spongiā & nudum gladium al- 35
 tera. Hoc habitu Socratem bene quietum cir-
 cūstetere. Infit illa cū gladio, Hic est soror Pā-
 thia, carus Endosmion, hic catamitus meus, q-
 diebus ac noctibus illufit ætatulam meā: hic
 qui meis amoribus subterhabitis, non solum 40
 me diffamat probris, uerumetiam fugam in-
 struit. At ego scilicet Vlyssi astu deserta sum,
 & Calypsonis æternam solitudinem flebo. Et
 porrecta dextera, meq; Panthiæ suæ demon-
 strato, At hic (inquit) bonus consiliator Ari 45
 stomenes, qui fugæ huius autor fuit, & nunc
 morti proximus, iam humi prostratus, graba-
 tulo succubans iacet. Et hic omnia conspexit;
 impunè se relaturum meas contumelias pu-
 tat: faxo eum sero, imò statim, imò uerò iam 50
 nunc, ut & præcedentis diacitatis, & instā-
 tis curiositatis pœniteat . Hæc ego ut accepi
 sudore frigido miser persluo, tremore uiscera
 quatiō, succussusq; sum, aded ut grabatulus
 etiā inqetus super dorsum meū palpitādo sal 55
 taret. At bona Panthia, Quin igitur (inquit)
 soror hunc primum bacchatim diserpimus,
 uel mēbris eius destinatis uirilia defecamus?

Ad hæc Meroë, sic enim reapse nomen eius,
quàm fabulis Socratis convenire sentiebam,
Imò (ait) supersit hic saltem, qui miselli hu-
ius corpus parva contumulet humo. Et capi-
5 te Socratis in alterum dimoto latus, per iu-
gulum sinistrum capulo tenus gladium totū
ei demergit, & sanguinis eruptionem utercu-
lo admoto excipit diligenter, ut nulla stilla
compareret usquam. Hæc ego meis oculis a-
10 spexi, nam etiam ne quid demutaret, credo, à
victimæ religione, immissa dextera per uul-
nus illud ad viscera penitus, cor miseri contu-
bernalis mei Meroë bona scrutata protulit,
cum ille impetu teli præsecata gula uocem, i-
15 mò stridorem incertum per uulnus effunde-
ret, & spiritum rebulliret. Quod uulnus, quā
maximè patebat, spongia effulciens Panthia:
Heus tu (inquit) spongia, caue in mari nata
per flumen ne transeas. His æditis ab una,
20 remoto grabatulo uaricus super faciem me-
am residentes uesicam exonerant, quoad me
urinae spurcissimæ madore perluerent. Com-
modum limen euaserant, & fores ad pristi-
num statū integræ resurgunt, cardines ad fo-
25 ramina residēt, postes ad repagula redeūt, ad
claustra pessuli recurrūt. At ego ut erā etiā-
nū humi proiectus inanimus, nudus, & fri-
gidus, & lotio perlitus, quasi recens utero ma-
tris æditus, imò uerò semimortuus, uerum-

etiā ipse mihi superuiuēs & posthumus, uel 30
 certē destinatæ iam cruci candidatus, Quid
 (inquam) de me fiet, ubi iste iugulatus mane
 paruerit? Cui uidebor uerisimilia dicere per-
 ferens uera? Proclamares saltē suppetiātū,
 si resistere uir tantus mulieri nequibas. sub 35
 oculis tuis homo iuglatur, & siles? Cur au-
 tem te simile latrocinium non peremit? Cur
 sœua crudelitas uel propter indicium scæle-
 ris arbitro pepercit? Ergo quoniam euasisti
 mortem, nunc illd redi. Hæc identidem mecū 40
 replicabam, & nox ibat in diem. Optimū ita-
 que factū uisum est, anteluculo furtim euade-
 re, & uiam licet trepido uestigio capeffere.
 sumo sarcinulam meam, subdita clauī pessu-
 los reduco. At illæ probæ & fideles ianuæ, 45
 quæ sua sponte deseratæ nocte fuerant, uix
 tandem & ægerrimè tunc clauis suæ crebra
 immissione patefiunt. Et heus tu (inquam)
 ubi es, ualuas stabuli absolue, antelucio uolo
 ire. Ianitor ponè stabuli hostium humi cubi- 50
 tans, & iam nunc semisomnus, Quid tu (in-
 quit) ignoras latronibus infestari uias? quid
 hoc noctis iter incipis? Hem, etsi tu alicuius
 facinoris tibi conscius scilicet mori cupis, nos
 cucurbitæ caput non habemus, ut pro te mo- 55
 riamur. Non longè (inquam) lux abest, sed &
 præterea quid uiatori de summa pauperie la-
 trones auferre possunt? An ignoras inepte,

nudū nec à decem palæstritis te spoliari pos-
 se? Ad hæc ille marcidus, & semisopitus, in
 alterum latus euolutus, Vnde autem (inquit)
 scio, an conuectore illo tuo, cum quo sero de-
 5 uerteras iugulato, fugæ mandes præsidium?
 Illud horæ memini, me terra dehiscēte, ima
 tartara, inq; his canem cerberum prorsus esū
 rientem mei prospexisse: ac recordabar pro-
 fecto, bonam Meroën non misericordia iugu-
 10 lo meo pepercisse, sed sæuitia cruci me seruasse.
 In cubiculum itaq; reuersus, de genere tu-
 multuario mortis mecum deliberabam. sed
 cum nullum aliud telum mortiferum fortu-
 na, quàm solum mihi grabatulum submini-
 15 straret, Iā iam grabatule (inquā) animo meo
 charissime, qui mecum tot ærumnas exancla-
 sti, conscius & arbiter quæ nocte gesta sunt,
 quem solum in meo reatu testem innocentie
 citare possum, tu mihi ad inferos festinanti,
 20 subministra telum salutare. Et cum dicto, res-
 tim qua erat intextus aggredior expedire,
 ac tigillo, quod fenestra subditum altrinsecus
 prominebat, iniecta atq; obdita parte funicu-
 li, & altera firmiter in nodum coacta, ascen-
 25 so grabatulo, ad exitium sublimatus, & mis-
 so capite laqueum induo. sed dum pede alte-
 ro fulcimentū quo sustinebar repello, ut pon-
 deris deductu restis ad ingluuiem adstricta,
 spiritus officia discluderet, repēte, putris ali-

oqui & uetus funis, disrumpitur. Atq; ego 30
 de alto recidens, Socratem, nam iuxta me iacebat, superruo, cumq; eo in terram deuoluor.
 Et ecce in ipso momento, ianitor introrupit ex
 erte clamitans, Vbi es tu, qui alta nocte im-
 modice festinabas, & nunc stratis inuolutus? 35
 Ad hæc, nescio an casu nostro, an illius abso-
 no clamore expectatus Socrates exurgit pri-
 or, Et næ (inquit) merito stabularios hos om-
 neis hospites detestantur. Nam iste curio-
 sus dum importune irrumpit, credo studio 40
 rapiendi aliquid, clamore uasto, marcidus alio-
 qui, me altissimo somno excussit. Emergo læ-
 tus atq; alacer, insperato gaudio perfusus, &
 Ecce (inquam) ianitor fidelissime, comes, &
 pater meus & frater meus, quem nocte ebri 45
 us occisum à me calumniabar. Et cum di-
 cto Socratem deosculabar amplexus. At ille
 olore alioqui spurcissimi humoris percussus,
 quo me lamiæ illæ infecerant, uehementer as-
 pernatur. Apagete (inquit) foetorem extre- 50
 mæ latrinæ: & causas coepit huius oloris co-
 miter inquirere. At ego mirè afficto ex tem-
 pore absurdo ioco, in alium sermonem inten-
 tionem eius denuo diriui: iniecta dextera,
 Quin imus (inquā) & itineris matutini gra 55
 tiam capimus? sumo sarcinulam, & pretio
 mansionis stabulario persoluto capeffimus ui-
 am. Aliquantum proæfferamus, & iam iu-

baris exortu cuncta collustrantur, & ego curioso, sedulo arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum uideram: & mecum, Vesane(aio) quin poculis & uino sepultus extrema somniaſti. Ecce Socrates integer, sanus, incolumis. ubi uulnus? spongia ubi? postremo cicatrix tam alta, tam recens? Et ad illum, Ne immerito(inquam) medici fidi cibo & crapula distentos sæua & grauia
10 somniare autumant. Mihi denique quod poculis uesperis minus tēperauī, nox acerba diras & truces imagines obtulit, ut adhuc me credam cruore humano aspersum, atque impiatum. Ad hæc ille subridens, At tu (in-
15 quit) non sanguine, sed lotio perfusus es. Veruntamen & ipse per somnium iugulari uisus sum, nihil non & iugulum istum dolui, & cor ipsum mihi auelli putauī: & nūc etiā spiritu deficior, & genua quatior, & gradu ti-
20 tubo, & aliquid cibatus refouēdo spiritui desidero. En (inquā) paratū tibi adest ientaculum. Et cū dicto mātīcam meā humero exuo, caseum cum pane properè ei porrigo, & iuxta platanū istam residamus aio. Quo facto
25 & ipse aliquid indidē sumo, eumq; auide estantē aspiciens, aliquāto interiore macie atq; pallore buxēo, deficientem uideo. Sic denique eum uitalis color turbauerat, ut mihi præ metu nocturnas etiam furias illas imaginan-

L. APVLEII DE ASINO

ti, frustulum panis, quod primum sumpserā, 30
 quāvis admodum modicum, medijs faucibus
 inhæreret, ac neq; deorsum demere, neq; sur-
 sum remeare posset. Nam & breuitas ipsa cō-
 meātium metum mihi cumulabat. Quis enim
 de duobus comitum, alterū sine alterius no- 35
 xa peremptum crederet? Verum ille ut satis
 detruncauerat cibum, sitire impatienter cœ-
 perat. Nam & optimi casei bonā partem aui
 de deuorauerat: & haud ita lōgè radices pla-
 tani, lenis fluuius in speciem placidæ paludis 40
 ignauius ibat, argento uel uitro æmulus in co-
 lorem. En (inquam) explere latice fontis la-
 cteo. Ad surgit, & oppertus paululum, planio-
 rem ripæ marginem complicitus, in genua ap-
 pronat se audius adfectans poculū. Nec dum 45
 satis extremis labijs sumnum aquæ rorē at-
 tigerat, & iugulo eius uulnus dehiscit in pro-
 fundum patorem, & illa spongia repente de
 eo deuoluitur, eamq; paruus admodum comi-
 tatur cruor. Deniq; corpus exanimatū in flu- 50
 men penè corruerat, nisi ego altero eius pede
 retento, uix & ægrè ad ripam superiorem at-
 traxi. Vbi defletum pro tempore comitem mi-
 sellum arenosæ humo in amnis uicinia sempi-
 terna contexi, ipse trepidus & eximè metu- 55
 ens mihi, per diuersas & auias solitudines
 aufugi. Et quasi conscius mihi cædis huma-
 næ, relicta patria & lare, ultroneum exilium

amplexus, nunc Aetoliam nouo contracto ma-
 trimonio colo. Hæc Aristomenes. At ille comes
 eius, qui statim initio obstinata incredulitate
 sermonem eius respuebat, Nihil (inquit) hac
 fabula fabulosius, nihil isto mendacio absur-
 dius. Et ad me conuersus, Tu autem (inquit)
 uir, ut habitus & habitudo demonstrat orna-
 tus, accedis huic fabulæ? Ego uerò (inquam)
 nihil impossibile arbitror, sed utcunque fata
 10 decreuerint, ita cuncta mortalibus prouenire.
 Nam & mihi & tibi & cunctis hominibus
 multa usu euenire mira, & penè infecta, quæ
 tamen ignaro relata fidem perdant. sed ego
 huic & credo hercules & gratas gratias me-
 15 mini, quod lepidæ fabulæ festiuitate nos auo-
 cauit, asperam deniq; ac prolixam uiam sine
 labore & tædio euasi. Quod beneficium etiã
 illum uectorem meum credo lætari, sine fati-
 gatione sui me usq; ad istam ciuitatis portã,
 20 non dorso illius, sed meis auribus prouecto.
 Is finis nobis & sermonis & itineris commu-
 nis fuit. Nam comites utriq; ad uillulas pro-
 ximas læuorsum abiere. Ego uerò quod pri-
 mum ingressu stabulum conspicatus sum, ac-
 25 cessi: & de quadam anu caupona illico per-
 contor, Est ne (inquam) Hypata hæc ciuitas?
 Annuuit. Nostine Milonem quendam è prio-
 ribus? Arrisit. Et uerè (inquit) primus istic
 perhibetur Milo, qui extra pomeriũ & urbẽ

L. APVLEII DE ASINO

totā colit. Remoto (inā) ioco parēs optima dic 30
 oro & cuiatis sit, & quibus diuerſetur edi-
 bus. Vidēsne (īquit) extremas fenestras quæ
 foris urbē prospiciūt, & altrinsecus fores p-
 ximū respiciētes angiportū? Inibi iste Milo di
 uerſatur āpliter nūmatus, & lōgē opulētus, 35
 uerūm extremæ auaritiæ, & sordis infimæ,
 infamis homo: fœnus deniq; copioſum ſub ar
 rabone auri & argēti crebriter exercēs, exi-
 guo lare incluſus, & ærugini ſemper intētus,
 cum uxore etiā calamitatis ſuæ comite habi 40
 tat, neq; præter unicam paſcit ancillulā, &
 habitu mēdicātis ſemper inædit. Ad hæc ego
 riſu ſubiicio, Benignè (inquā) & proſpicuè
 Demeas meus in me cōſuluit, qui pegrinatu-
 rū tali uiro cōciliauit, in cuius hoſpitio, nec fu 45
 mi nec nidoris nebulā uererer. Et cum dicto
 modico ſecus pgreſſus oſtiū accedo, & ianuā
 firmiter oppeſſulatā pulſare uocaliter icipio.
 Tandē adoleſcentula quædā pædēs: Heus tu
 (inquit) qui tā firmiter fores uerberaſti, ſub 50
 qua ſpecie mutuari cupis? An tu ſolus igno-
 ras præter aurū argentūq; nullū nos pignus
 admittere? Meliora (inquā) ominare, & poti
 us reſpōde, an intra ædes herū tuū offenderī?
 Plane (inqt) ſed quæ cauſa quæſtionis huius? 55
 Literas ei à Corinthio Demea ſcriptas ad eū
 reddo. Dū annūtio (inqt hæc) ibidē opperi-
 tor. Et cum dicto ruriſum foribus oppeſſulatis
 introapeſſit. Modico deinde regreſſa pateſa-

Etis ædibus, Rogat te (inqt). Intuli me: eumq;
accubantē exiguō admodū grabatulo, & cō-
modū cœnare incipiētē inuenio. Assidebat pe-
des uxor, & mēsa uacua posita. Cuius mon-
5 stratu, En (inqt) hospitii. Bene ego, & illico
ei literas Demeæ trado. Quibus p̄piter lectis,
Amo (inquit) meū Demeā, qui mihi tātū cōci-
liauit hospitē. Et cū dicto iubet uxore decede-
re, utq; in eius locū assideā, iubet: meq; etiā-
10 nunc uerecundia cōtātē, abrepta lacinia de-
trahens, Adside (inqt) istic. Nā prae metu la-
tronū nulla est fibula, anne sufficientē supel-
lectilē parare nobis licet? Feci. Et sic, ego te (in-
quit) etiā de ista corporis speciosa habitudi-
15 ne, deq; hac uirginali p̄sus uerecūdia genero-
sa stirpe p̄ditū, & rectē, cōiūcerē: sed & meus
Demeas eadē literis p̄nūtiat. Ergo breuitatē
gurgustioli nostri ne spernas peto, erit tibi ad-
iaces: & ecce illud cubiculū, honestū recepta-
20 culū, fac libenter diuerferis in nostro. Nā &
maiorē domū dignatione tua feceris, & tibi
specimē gloriosum arrogaris: sis cōtētus lare
paruulo, Thesei illius cognominis patris tui
uirtutes æmulaueris, q̄ nō est aspnatus Hece-
25 les anus hospitii tenue. Et uocata ancillula,
Totis (inqt) sarcinulas hospitis susceptas cū
fide cōde in illud cubiculū, ac simul ex prō-
ptuario oleum unctui, & lintea tersui, & cæ-
tera huc eidem usui profer ocyter. Et hospitem
c. ij.

L. APVLEII DE ASINO

meum produc ad proximas balneas, satis ar- 30
 duo itinere atq; prolixo fatigatus est. His ego
 auditis, mores atq; parsimoniam ratiocinans
 Milonis, uolensq; me arctius ei conciliare, Ni-
 hil (inquam) rerum istarum, quæ itineris ubi-
 que nos comitantur, indigenus. sed & balne 35
 as facile percontabimur. Planè quod est mi-
 hi summè præcipuum, equo qui me strenuè
 peruexit, fœnum atq; ordeum, acceptis istis
 numulis, tu Fotis emito. His actis, & rebus
 meis in illo cubiculo conditis, pergens ipse ad 40
 balneas, ut prius aliquid nobis cibaturi prospi-
 cerem, forum cupedinis peto. Inq; eo piscatum
 opiparem expositum uideo, & percontato pre-
 tio, quod ceterum numis indicaret aspernatus,
 uiginti denarios præstinaui. Inde me comodum 45
 egredientem continuatur Pythias condiscipu-
 lus apud Athenas Atticas meus, qui me post
 aliquantulum multum temporis amanter agni-
 tum inuadit, amplexusq; ac comiter deoscula-
 tus: Mi Luci (ait) sat pol diu est, quod inter- 50
 uisimus te. At hercules exinde è vastio ma-
 gistro digressi sumus. Quæ autem tibi causa
 peregrinationis huius? Crastino die scies in-
 quam. sed quid istud? uoti gaudeo. Nam & li-
 xas & uirgas, & habitum prorsus magistra 55
 tui congruentem in te uideo. Annonam cura-
 mus (ait) & ædilem gerimus, & siquid obso-
 nare cupis, utiq; commodabimus. Abnucebam,

quippe qui iam cœnæ affatim piscatum prospexeramus. sed enim Pythias uisâ sportula, succussisq; iâ aspectû planiorē piscibus: At has quisquillas quanti parasti? Vix (inquā) piscatori extorsimus accipere uiginti denarios. Quo audito statim adrepta dextra postliminio me in forum cupedinis reducens, Et à quo (inquit) istorū nugamenta hæc cōparasti? Demōstro seniculū qui in angulo sedebat. Quem cō-

10 festim pro ædilitatis imperio uocæ asperrima increpans: Iam iam (inquit) nec amicis quidem nostris, uel omnino ullis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretijs piscēs friuolos indicatis? & florem Thessaliæ regionis, instar

15 sōlitudinis, & scopuli, edulium caritate deducitis? sed non impunè: iam enim faxo scias, quemadmodū sub meo magisterio mali debent coerceri. Et profusa in medium sportula, iubet officialem suum insuper pisces inscendere

20 re, ac pedibus suis totos obterere. Qua cōtētus morū seueritudie meus Pythias, ac mihi ut ab irem suadens, sufficit mihi ô Luci (inquit) seniculi tanta hæc contumelia. His actis consternatus, ac prorsus obstupidus, ad balneas

25 me refero, prudentis condiscipuli ualido cōsilio, & nummis simul priuatus & cœna: lauitūsq; ad hospitium Milonis ac dehinc cubiculū, me reporto. Et ecce Fotis ancilla, Rogat te (inquit) hospes. At ego iam inde Milonis absti-

c. iij.

nentiae cognitor, excusavi comiter, q[uod] uia ue- 30
 xatione non cibo, sed somno censerem diluendam.
 Isto accepto pergit ipse, et iniecta dextra cle-
 meter me trahere adoritur. Ac dum cotor, dum mo-
 deste renitor: Non prius (inquit) discedam, quam me
 sequaris. Et dictum iureiurando secutus, iam ob- 35
 stinationis suae, me ingratis obedientem perdu-
 cit ad illum suum grabatulū, et residenti, Quam
 saluē agit (inquit) Demeas noster? quid uxor,
 quid liberi, quid uernaculi? Narro singula. Per-
 cunctatur accuratius causas etiam peregrina- 40
 tionis meae. Quas ubi probè protuli, iam et
 de patria nostra, et eius primoribus, ac deni-
 que de ipso praeside scrupulosissime explorās,
 ubi me post itineris tam saevi uexationem sen-
 tit, fabularum quoque serie fatigatum in uer- 45
 ba media somnolentum desinere, ac nec quic-
 quam defectum iam incerta uerborum salebra
 balbutire, tandem patitur cubitum concedere.
 Euasi aliquando rancidi senis loquax, et fa-
 melicum conuiuium, somno non cibo grauatus, 50
 coenatus solis fabulis: et in cubiculum reuer-
 sus exoptatae me quieti reddidi.

Argumentum libri secundi.

Dum Hypatæ loca singula curiosius cōtē-
 platur, Byrrhenam matronam opulentam re- 55
 cognoscit, statuamque in eius domo faberrime
 factam explicat. A qua comonitus, ut ab uxo-
 re Milonis hospitis atueat perinde ac maxi-

ma magarum, in ancillæ amorem propensus
labitur. Cum qua complexus, & colluctatio-
nes ueneriæ referuntur. Cœnaticus Byrrhenæ
apparatus describitur. Inibi inferuntur &
5 fabellæ conuiuiales, licentiosiq; cachinni con-
strepentes: mortui custodia: custodis nares au-
résque profectæ: mox regressio Lucij noctur-
na ad hospitium, nō sine sudore & cæde, qua
non tam homicida factus est quàm utricida.

10 **L. APVLEII MA-**
DAVRENSIS PHILOSO-
phi Platonici, de asino aureo liber se-
cundus.

15 **V**T primū nocte dis-
cussa, sol nouus di-
em fecit, & somno
simul emerſus & le-
ctulo, anxius alio-
20 quin, & nimis cu-
pidus cognoscendi,
quæ rara, miræque
sunt: reputansq; me media Theſſaliæ loca te-
nere, quo artis magicæ natiua cõtamina toti
us orbis cōsono ore celebrantur, fabulãq; illã
25 optimi comitis Aristomenis, de situ ciuitatis
huius exortã, suspensus alioquin, & uoto si-
mul, & studio curiose singula cōsiderabã. Nec
c.iiij.

L. APVLEII DE ASINO

fuit in illa ciuitate, quod aspiciēs, id esse cre- 30
derem, quod esset: sed omnia prorsus ferali
murmure in aliā effigiem translata, ut & la-
pides quos offenderē, de homine duratos: &
aueis, quas audirē, indidem plumatas: & ar-
bores quæ pomœrium ambirent, foliatis simi 35
liter: & fontanos latices de corporibus huma-
nis fluxos crederem. Iam statuas, & imagi-
nes incessuras, parietes locuturos, boues & id
genus pecua dictura præfagiū: de ipso uerò
cælo, & iubaris orbe, subito uēturū oraculū. 40
sic attonitus, imò uerò cruciabili desiderio
stupidus, nullo quidem initio, uel omnino ue-
stigio cupidinis meæ reperto, cuncta circui-
bam: tamen dum in luxu nepotali simul ho-
stiatim singula pererro, repēte me nescius fo- 45
rū cupidinis intuli. Et ecce mulierē quāpiam
frequēti stipatā famulatione, ibidē gradientē,
adcelerato uestigio cōprehēdo. Aurū in gēmis,
& in tunicis ibi inflexum, hic intextum ma-
tronam profecto confitebatur. Huius adhære 50
bat lateri senex iam grauis in annis, qui ut
primū me conspexit: Est (inquit hercules)
hic Lucius. Et offert osculum, & statim incer-
tum quidnam, in aurem mulieris obgannijt.
Quin (inquit) etiam uel ipsam parentem tuā 55
accedis, & salutas? Vereor (inquā) ignotæ mi-
hi fœminæ. Et statim rubore suffusus, reiecto
capite restiti. At illa obtutū in me conuersa, En

(inquit) sanctissimæ saluæ matris generosa probitas. sed & cætero corporis exæqualiter ad regulam, qua diligenter aliquid adfigunt, sunt congruentia: inenormis succulentata proceritas, gracilitas, rubor temperatus, flauum & in affectatū capillitium, oculi cæsi quidem, sed uigiles, & in aspectus micantes prorsus aquilinos, quoquoersum floridus, speciosus & immeditatus incessus. & adiecit:

10 Ego te ò Luci meis istis manibus educaui. quidni? parētis tuæ, non modò sanguinis, uerum alimoniarū etiam socia. Nā & familia Plutarchi ambæ prognatæ sumus, & eandem nutricem simul bibimus, & in nexu generatitatis unā coaluimus: nec aliud nos quàm dignitas discernit, q̃ clarissimas illa, ego priuatas nuptias fecerimus. Ego sum Byrrhena illa, cuius fortè sæpiculè nomē inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaq;

20 hospitium fiducia, imò uerò iam tuū propriū larem. Ad hæc ego iam sermonis ipsius mora, rubore digesto, Absit (inquam) parens, ut Milonem hospitem, sine ulla querela deferā. Sed planè quod officijs integris potest effici, cura

25 bo sedulo: quoties itineris huius ratio nascetur, nunquam erit, ut non apud te deuortar. Dum hunc & huiusmodi sermonem altercamur, paucis admodū cōfectis passibus, ad domum Byrrhenæ peruenimus. Atria lōgè pul-

L. APVLEII DE ASINO

cherrima, colūnis quadrifariam per singulos
angulos stantibus, attollebāt statuas Palma-
ris deæ. Facies quæq; pinnis explicitis, sine
gressu pilæ uolubiles: instabile uestigium plā-
tis roscidis decitantes, nec ut maneat inhæ-
rent, & iam uolare creduntur. Econtrā lapis ³⁵
Pariis in Dianam factus tenet libratā totius
loci medietatem, signum perfectē luculentū,
ueste reflatum, procurſu uegetū, introēunti-
bus obuium, & maiestate numinis uenerabi-
le: canes utrinq; secus deæ latera muniūt, qui ⁴⁰
canes & ipsi lapis erant. His oculi minātur,
aures rigēt, nares hiant, ora sæuiūt, & sicūde
de proximo latratus ingruerit, eū putabis de
faucibus lapidis exire: & in quo summū spe-
cimē operæ fabrilis egregius ille signifex p- ⁴⁵
didit, sublatiſ canibus impetus arduus, pedes
imi resistunt, currunt priores. Ponē tergum
deæ saxū inſurgit in speluncæ modū, muscis,
& herbis, & folijs, & uirgulis, & sicubi pā
pinis, & arbusculis, alibi de lapide florētibus: ⁵⁰
splendet intus umbra signi de nitore lapidis.
sub extrema saxi margine poma & uuæ fa-
berrimē politæ dependent, quas ars æmula
naturæ, ueritati similes explicuit. Putes ad ci-
bum inde quædam cū mustulētus autumnus ⁵⁵
maturū colorē afflauerit posse decerpi. Et si
fōtes, q deæ uestigio discurrētes in lenē uibrā-
tur undā, pñ^o aspexeris: credes illos, ut uite

pendētes racemos, inter cætera ueritatis, nec
 agitationis officio carere. Inter medias fron-
 des lapidis Acteon simulacrum, curioso ob-
 tutu in dorsum proiectus, iam in ceruum fe-
 5 rinus, & in saxo simul & in fonte loturam
 Dianam opperiens uisitur. Dum hæc identidē
 rimabundus eximiē delector, Tua sunt (in-
 quit Byrrhena) cuncta quæ uides. Et cū dicto
 cæteros omnes sermone secreto decedere præ-
 10 cepit. Quibus dispulsis omnibus: Per hæc (in-
 quit) deam ò Luci carissime, ut anxie tibi me
 tuo, & utpote pignori meo longè prouisum
 cupio: caue tibi, sed caue fortiter à malis arti-
 bus, & facinorosis illecebris Pāphiles illius,
 15 quæ cum Milone isto, quem dicis hospitē, nu-
 pta est. Maga primi nominis, & omnis carmi-
 nis sepulchralis magistra creditur, quæ surcu-
 lis, & lapillis, & id genus friuolis inhalatis,
 omnem istam lucē mundi syderalis, imis tar-
 20 tari, & in uetustum chaos submergere nouit.
 Nam simul quenquam conspexit speciosæ for-
 mæ iuuenem, uenustate eius sumitur: & illi-
 co in eum & oculum & animū detorquet, se-
 rit blāditias, inuadit spiritū, amoris profun-
 25 di pedicis æternis alligat. Tunc minus mori-
 geros, & uileis fastidies, in saxa, & in pecua,
 & quoduis animal, pūcto reformat, alios ue-
 ro prorsus extinguit. Hæc tibi trepido, & ca-
 uenda censeo. Nā & illa urit ppetuū, & tu p

L. APVLEII DE ASINO

ætatem & pulchritudinē capax eius es. Hæc 30
 mecum Byrrhena satis anxia. At ego curioſus
 alioquin, ut primū artis magicæ ſemp opta-
 tum nomen audiui, tantum à cautela Pāphi-
 les abſui, ut etiam ultro geſtirem, tali magiſte-
 rio me uolens ampla cū mercede tradere, & 35
 prorſus in ipſum barathrū ſaltu concito præ-
 cipitare. Feſtinus deniq; & uecors animi, ma-
 nu eius uelut catena quadam memet expe-
 dio, & ſalue properè addito, ad Milonis hoſpi-
 tium pernicious euolo. Ac dum amenti ſimilis 40
 celero ueſtigium, Age (inquam) d' Luci, euigi-
 la, & tecum eſto: habes exoptatam occaſionē,
 & uoto diutino poteris fabulis miſeris ex-
 plere pectus: auſer formidines pueriles, comi-
 nus cum re ipſa gnauiter congregere: & à 45
 nexu quidē uenereo hoſpitis tuæ tēpera, &
 probi Milonis genialem torum religioſus ſu-
 ſpice. Verū enim uero Fotis famula petatur
 annixé. Nam & forma ſcitula, & moribus lu-
 dicra, & prorſus argutula eſt. Veſperi quoq; 50
 cum ſomno concederes, & in cubiculū te de-
 duxit comiter, & blādè lectulo collocauit, &
 ſatis amanter cooperuit, & oſculato tuo capi-
 te, quā inuita diſcederet uultu p'didit. De-
 niq; ſæpe retrorſa reſpiciēs, ſubſtitit, quod bo. 55
 num, felix & fauſtum ſit. itaq; licet inſaluta-
 re non erit. Fotis illa tentetur. Hæc mecum
 ipſe diſputans, fores Milonis accedo, &

(quod aiunt) pedibus in sententiam meā uado. Nec tamen Milonem domi uel uxore eius offendo, sed tantum caram meā Fotidem, quæ suis dominis parabat iusculum fartim circum-
 5 cisum, & pulpam frustatim cōsectam. Abacū pascuē uinulentam, & quidem naribus iam mihi ariolabar tucetum perquam sapidissimum. Ipsa linea tunica mundulè amicta, & russea fasciola prænitēte altiusculè, sub ipsas
 10 papillas succintula, illud cibarium uasculum floridis palmulis rotabat in circulum: & in orbis flexibus crebra succutiēs, & simul mēbra sua leniter illubricans, lumbis sensim uibratibus, spinam mobilem quatiens, placidè,
 15 decenter inundabat. Isto aspectu defixus obstupui, & mirabundus steti. steterūt & mēbra quæ iacebant antè, & tandem ad illam. Quam pulchrè quāq; festiuè (inquam) Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques: q̄
 20 mellitum pulmentum apparas, felix & certius beatus, cui permiseris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin & diaacula puella, Discede (inquit) miselle quā pcul à me, à foculo discede: nam si te uel modicè
 25 meus igniculus afflauerit, urereris intimè. Nullus extinguet ardorem tuū, nisi ego, quæ dulce condiens & ollā & lectulū, suaue quaterere noui Hæc dicēs in me respexit & risit. Nec tamen ego prius inde discessi, q̄ diligēter

L. APVLEII DE ASINO

omnē eius explorassem habitudinē. Vel quid 30
 ego de cæteris aio ? Cum semper mihi unica
 cura fuerit, caput, capillūmq; sedulo, & publi-
 cè prius intueri, & domi postea p̄frui. sitq;
 iudiciū huius apud me certa, & statuta ratio.
 uel quòd præcipua pars ista corporis in aper- 35
 to, & perspicuo posita, prima nostris lumini-
 bus occurrit: & quod in cæteris membris flo-
 ridæ uestis bilaris color; hoc in capite nitor
 natiuus operatur. Deniq; pleræq; indolē, gra-
 tiaq; suas p̄baturæ lacinias omneis exuūt, 40
 amicula dimouēt, nudam pulchritudinem suā
 præbere se gestiunt, magis de cutis roseo ru-
 bore, quàm de uestis aureo colore placituræ.
 At uerò quod nefas dicere, ne quod sit ullum
 huius rei tam durum exemplum, si cuiuslibet 45
 eximiæ, pulcherrimæq; fœminæ caput capillo
 spoliaueris, & faciem natiua specie nudaue-
 ris: licet illa cælo deiecta, mari ædita, flucti-
 bus educata, licet (inquā) Venus ipsa fuerit,
 licet omni gratiarum choro stipata, & tota 50
 cupidinū populo conitata, & balteo suo cin-
 cta, cinnama fragrans, & balsama rorās cal-
 ua processerit, placere nō poterit, nec Vulcano
 suo. Quid cum capillis color gratus, & nitor
 splendidus illucet ? Et contra solis aciē uege- 55
 tus fulgurat, uel placidus renitet. At in cōtra-
 riam gratiā uariat aspectū, & nūc aurū co-
 ruscās, in mellis lenem deprimitur umbram:

nunc coruina nigredine cæculus columbarū
 collis flosculos æmulatur, uel cū guttis Ara-
 bicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui
 discriminatur. Et ponè uersum coactus, ama-
 5 toris oculis occurrēs, instar speculi reddit ima-
 ginem gratiorem. Quid, cum frequenti sobole
 spissus cumulat uerticem, uel prolixa serie
 porrectus dorsa permanat? Tanta deniq; est
 capillamenti dignitas, ut quāuis auro, ueste,
 10 gemmis, omniq; cætero mundo exornata mu-
 lier incedat, tamē nisi capillū distinxerit, or-
 nata non possit uideri. Sed in mea Fotide, non
 operosus, sed inordinatus ornatus addebat
 gratiam. Vberes enim crines, leniter emissos,
 15 & ceruicæ depēdulos, ac deinde per colla dis-
 positos, sensimq; sinuato patagio residentes,
 paulisper ad finem cōglobatos, in summū uer-
 ticem nodus adstrinxerat. Nec diutius quiuī
 tantum cruciatum uoluptatis eximie sustine-
 20 re. Sed pronus in eam qua sine summum ac-
 cumen capillus ascendit, mellitissimum illud
 suauium impressi. Tum illa ceruicē intorsit,
 & ad me conuersa limis, & morsicantibus
 oculis, Heus tu scholastice (ait) dulce & ama-
 25 rum gustulum carpis. Caue ne nimia mellis
 dulcedine, diutinam bilis amaritudinem tra-
 has. Quid istic (inquam) est, mea festiui-
 tas, cum sim paratus, uel uno basiolo inte-
 rim recreatus super istum ignem porrectus

assari? Et cum dicto arctius eam complexus, 30
 coepi suaviari. Iamq; ænula libidine in amo-
 ris parilitatem cōgermanescenti mecum, iam
 patentis oris inhalatu cinnameo, & occursan-
 tis linguæ illisu nectareo, prona cupidine ad-
 lubescente, Pereo (inquā) imò iandudū per- 35
 ij, nisi tu propitiaris. Ad hæc illa rursum me
 deosculato, Bono animo esto (inquit). Nā ego
 tibi nutua uoluntate mancipata sum, nec uo-
 luptas nostra differetur ulterius, sed prima
 face in cubiculum tuum adero. Abi ergo, ac 40
 te compara, tota enim nocte tecum fortiter &
 ex animo præliabor. His & talibus obganni-
 tis sermonibus, inter nos discessum est. Cōmo-
 dū meridies accesserat, & mittit mihi Byr-
 rhena xeniola, porcum optimū, & quinq; gal 45
 limulas, & uini cadum in ætate pretiosi. Tūc
 ego uocata Fotide, ecce (inquā) Veneris hor-
 tator, & armiger Liber, aduenit ultro: uinum
 istud sorbeamus hodie omne quod nobis re-
 stinguat pudoris ignauiam, & alacrem uigo. 50
 rem libidinis incutiat. hac enim sitarchia na-
 uigiū Veneris indiget sola, ut in nocte perui-
 gili, & oleo lucerna, & uino calix abundet.
 Diem cæterum lauacro, ac dehinc cœnæ dedi-
 mus. Nam Milonis boni concinnatitiam men- 55
 sulam rogatus accubueram, quā potē tutus
 ab uxoris eius aspectu, Byrrhene monitorum
 memor: & perinde in eius faciē oculos meos,

ac si in auernum lacum formidans deiecerā,
 sed assiduè respiciens præministrantem Foti-
 dem, inibi recreabar animi. Cum ecce iam ue-
 spera lucernam intuēs, Pāphile, quā largus
 5 (inquit) humber aderit craftino. Et percōtan-
 ti marito, qui comperisset istud, respondit sibi
 lucernam prædicere. Quod dictū ipsius, Milo
 risu secutus; Grandem (inquit) istam lucernæ
 sibyllam pascimus, quæ cuncta cæli negotia
 10 & solem ipsum de specula cādelabri cōtuetur.
 Ad hæc ego subijciens, sunt (aio) prima hu-
 iusmodi diuinationis experimenta, nec mi-
 rum, licet modicum istum igniculum, & ma-
 nibus humanis laboratū, memorē tamē illius
 15 maioris, & cælestis ignis, uelut sui parentis,
 quid esset æditurus in ætheris uerticē, diui-
 no præfagio, & ipsum scire, & nobis enun-
 tiare. Nam & Corinthi nūc apud nos passim
 Chaldæus quidam hospes, miris totam ciuita-
 20 tem responsis, turbulētat: & arcana factorum
 stipibus emerendis, edicit iu uulgiū, qui dies
 copulā muptialem adfirmet, qui fundamenta
 mœniū perpetuet, qui negotiatori commodus,
 qui ulatori celebris, qui nauigijs opportunus:
 25 mihi deniq; puentum huius peregrinationis
 inquireti, multa respōdit, & oppidō mira &
 satis uaria. Nūc enim gloriā satis floridā, nūc
 historiā magnā & incredendā fabulā, & li-
 bros me facturū. Ad hæc renidens Milo, Qua
 d.i.

L. APVLEII DE ASINO

(inquit) corporis habitudine præditus, quæ 30
 nomine nuncupatus, hic iste Chaldæus est?
 Procerus (inquam) & suffusculus, Diophanes
 nomine. Ipse est (ait) nec ullus alius. Næq; hic
 apud nos multa multis similiter effatus, non
 paruas stipes, imò uerò mercedes optimas iā 35
 cōsecutus, fortunā seueram, an seuam uerius
 dixerim, miser incidit. Nam die quadā, cū fre-
 quentis populi circulo cōseptus coronæ circū-
 stātiū fata donaret, cerdo quidā nomine Ne-
 gotiator, accessit eū, diem cōmodum peregrini- 40
 natiōi cupiēs. Quē cum electū destinasset illi,
 iam deposita crumena, iam profusis numulis,
 iam dinumeratis centū denarijs, quos in mer-
 cede diuinationis auferret, ecce quidā de no-
 bilibus adolescētulus à tergo adrepens eū la- 45
 cinia prehendit, & cōuersus, amplexūsq; ex-
 osculatur arctissimē. At ille ubi primū cōsua-
 uiatus eum, iuxta se ut assideret effecit, atton-
 nitus & repentinæ uisionis stupore, & præ-
 sentis negotij, quod gerebat oblitus, insit ad 50
 eū, Quam olim equidē exoptatus nobis ad-
 uenis? Respondit ad hæc ille alius, Commodū
 uespera oriente. sed uicissim tu quoq; frater
 mihi memora, quemadmodum exinde ut de
 Eubœa insula festinus enauigasti, & maris 55
 & uiae confeceris iter. Ad hæc Diophanes ille
 Chaldæus egregius, mēte uiduus, necdū suus,
 Hostes (inquit) & omnes inimici nostri, tā di

ram imò uerò vlyssēā peregrinationē icidāt.
 Nā & nauis ipsa qua uehebamur uarijs tur-
 binibus pcellarū quassata, utroq; regimine
 amisso, egrē ad ulterioris ripae marginē detru-
 5 sa, prācipitio dimersa est, & nos ōnibus amif-
 sis uix enatauimus. Quodcūq; uel ignotorum
 miseratione, uel amicorū beniuolētia extraxi-
 mus, id ōne latrocinialis inuasit manus: quorū
 audaciā repugnās etiā noīe Arisuatus, uni-
 10 us frater meus, sub istis oculis miser ingula-
 tus est. Hāc eo adhuc narrāte mæsto, cērdo ille
 negotiator correptis numulis suis, quos diui-
 nationis mercedi destinauerat, p̄tinus aufu-
 15 git: ac dehinc, tūc demū Diophanes exp̄gitus,
 sēnsit imprudētiā suā labē, cū etiā nos ōnes
 circūsecus adstātes in clarū tachinnū uideret
 effusos. sed tibi planē Luci domine, soli ōniū
 Chaldæus ille uera dixerit, siq; felix, & iter
 dexterū p̄gas. Hāc Milōe diutine sērmocināte,
 20 tacitus ingemiscēbā, mihiq; non mediocriter
 succensēbā, q̄ ultro inducta serie inopportu-
 narū fabularū partē bonā uesperae, eiūsque gra-
 tissimū fructū amitterē. & tādē deniq; deuō-
 rato pudore ad Milonē aio: Ferat suā Diopha-
 25 nes ille fortunā, & spolia populorū rursū cō-
 ferat mari pariter ac terrae: mihi uerò fatiga-
 tiōis hesternae etiā nūc saucio, da ueniā matu-
 rius cōcedā cubitū. Et cū dicto faceſso, & cubi-
 culū meū cōtēdo: atq; illic deprehendō epula-
 d. ij.

rum dispositiones satis cōcinnae. Nā & pue- 30
 ris extra limē, credo ut arbitrio nocturni gā-
 nitus ablegaretur, humi, q̄ procul distractum
 fuerat. Grabatulū meū assistit mensula coenae
 totius honestas reliquias tolerans : & calices
 boni, iam infuso latice, semipleni solam tempe 35
 riem sustinentes, & lagena iuxta orificio sen-
 sim dehiscēte patefcens, facilis hauritu, pror-
 fus gladiatoriae Veneris antecœnia. Cōmodū
 cubueram, & ecce Fotis mea, iam domina cu-
 bitum reddita, iacta proximat rosae ferta : & 40
 rosa soluta iu sinu tuberante, ac me pressim
 deosculato, & corollis reuincto, ac flore pro-
 sperfo, arripit poculū : ac de super aqua calida
 iniecta, porrigit bibam, idq; modicū. Prius q̄
 totum exorberem, clementer inuadit. Ac re- 45
 lictum paululatim labellis minuens, meq; re-
 spiciens, sorbillat dulciter, sequēsq; & ter-
 tium inter nos uicissim, & frequens alternat
 poculum. Cum ego iam uino madens, nec ani-
 mo tantum, uerum etiam corpore ipso ad li- 50
 bidinem, inquires alioquin, & petulans, etiam
 saucius paulisper inguinū, sane lacinia remo-
 ta impatientiam Veneris Fotidi meae mon-
 strans, Miserere (inquam) & subueni matu-
 rius. Nam ut uides, praelio quod nobis sine 55
 finali officio indixeras, iam proximante ue-
 hementer intentus, ubi primam sagittam saui
 Cupidinis in ima praeordia mea delapsam

excepi, arcum meum & ipse uigore tetendi,
 & oppido formido ne nervus rigoris nimie-
 tate rupatur. sed ut mihi more plenius ges-
 seris, ineffusum laxa crinem, & capillo fluē-
 5 te undanter æde cōplexus amabiles. Nec mo-
 ra, cum omnibus illis cibarijs, uasculis raptim
 remotis, lacinijs cunctis suis renudata, crini-
 būsque dissolutis ad hilarē lasciuiam in speciē
 Veneris, quæ marinos fluctus subit pulchrē
 10 reformata, paulisper etiam glabella fœmina,
 uel rosea, palmula potius obumbrans de indu-
 stria, quæ tegens uerecunda, Præliare (inquit)
 & fortiter præliare. Nec enim tibi cedam, nec
 terga uortam: coninus in aspectum, si uir es
 15 dirige, & grassare gnauiter, & occide mori-
 turus: hodierna pugna non habet missionem.
 Hæc simul dicēs, inscensō grabatulo super me
 sensim residens, ac crebra subsiliens, lubri-
 cisque gestibus mobilē spinā quatiens, pendulæ
 20 Veneris fructu me satiauit, usque dū lassus ani-
 mis, & marcidis artubus defatigati, simul
 abo corruimus inter mutuos aplexus animas
 anhelantes. His & huiusmodi colluctationi-
 bus ad confinia lucis usque peruigiles egimus,
 25 poculis interdū lassitudine refouentes, & li-
 bidine incitantes, & uoluptatem integrātes.
 Ad cuius noctis exemplar, simileis adstruximus
 alias plusculas. Fortē quadā die mecū magno
 pere Byrrhena cōtendit, apud eā cœnulæ in-
 d. iij.

L. APVLEII DE ASINO

teressem: & cum impediò excusare, negavit 30
 ueniam. Ergo igitur Fotis erat adeunda, deque
 nutu eius consiliū, uelut auspiciū, petendū. Quae
 quāq; inuita, q̄ à se ungue latius digrederer,
 tamen comiter amatoriae militiae breuē com-
 meatum indulgit. Sed heus tu (inquit) caue, re 35
 grediare coena maturius, nam uesana factio
 nobilissimorum iuuenū, pace publica infesta,
 passim trucidatos per medias plateas uidebis
 iacere. Nec praesidis auxilia longinqua, leua-
 re ciuitatē tanta clade possunt. Tibi uerò for 40
 tunae splendor, insidias, contemptus etiā pere-
 grinationis poterit afferre. Fac sine cura (in-
 quam) sis Fotis mea: nam praeter q̄ epulis
 alienis uoluptates meas anteferrem, metum
 etiā istum tibi demā maturata regressione. 45
 Nec tamē incommitatus ibo, nā gladiolo solito
 cinctus altrinsecus, ipse salutis meae praesidia
 gestabo. Sic paratus coenae meae committo. Frequēs
 ibi numerus epulorū, & utpote apud prima- 50
 tem foeminā flos ipse ciuitatis, opipares citro,
 & ebore nitētes, lecti aureis uestibus intecti:
 ampli calices, uariae quidē gratiae, sed pretiosi-
 tatis unius. Hic uitrū affabrè sigillatum, ibi
 crystallū impiētū, argentū alibi clarū, & aurū
 fulgurās, & succinū mirè cauātū, & lapides 55
 ut bibas: & quicquid fieri nō potest, ibi est, di-
 uiuitores plusculi splendide amicti, fercula co-
 piofa scitule subministrata, pueri calamistra-

ti, pulchre indusiati, gēmas formatas in po-
 cula uini uetusti frequēter offerre. Iam illatis
 luminibus, epularis sermo percrebuit. Iam ri-
 sus adfluens, & ioci liberales, & auillis hinc
 5 inde. Tum infit ad me Byrrhena, Quā com-
 modē uersaris in nostra patria. quod sciā, tē-
 plis, & lauacris, & cæteris operibus, lōgē cū-
 ctas ciuitates antecellimus: utēsiliū præterea
 pollemus affatim. Certa libertas, otiosa, & ne-
 10 gotiosa quidē, adueniēte Romana frequentia,
 modesto uerò hospiti q̄s uillatica, ōnīq; deni-
 q; puincia uoluptarij secessus sumus. Ad hæc
 ego, Vera memoras, nec usquā gentiū magis
 me liberū q̄ hic fuisse credidi, sed oppidō for-
 15 mido cæcas, & ineuitabileis latebras magicæ
 disciplinæ. Nam ne mortuorū quidem sepul-
 chra tuta dicūtur, sed & bustis, & rogis re-
 liquiæ quædā, & cadauerū præsemina, ad
 exitiabileis uiuentiū fortunas petutur. Et cā
 20 tatriæ anus, in ipso momēto choragij funeris
 ppeti celeritate alienā sepulturā anteuortūt.
 His meis addidit alius, Imò uerò istic, nec ui-
 uētibus quidē ullis parcitur, & nescio quis si-
 mile passus, ore undiq; omnifariā deformato,
 truncatus est. Inter hæc, conuiuīū totū in li-
 25 cētiosis cachinnis effunditur, omniūmq; ora,
 & obtutus, in unū quēpiā angulo secubantē
 cōferuntur: qui cūctorū obstinatione cōfusus,
 indigna murmurabundus, cum uellet exur-
 d. iiij.

gere, Imò mi Telephron (Byrrhena inquit) & 30
 subsiste paulisper, & more tuæ urbanitatis
 fabulā illā tuā remetire, ut & filius meus iste
 Lucius, lepidi sermonis tui perfruatur comi-
 tate. At ille, Tu quidem domina (ait) in officio
 mones sanctæ tuæ bonitatis, sed ferenda non 35
 est quorundam insolentia. sic ille commotus,
 sed instanti Byrrhenæ, quæ cum adiuratione
 suæ salutis ingratis cogebat effari, perfecit ut
 uellet. Ac sic aggeratis in cumulum stragulis,
 & effultis in cubitū, subrectisq; in torū, por- 40
 rigit dexteram, & instar oratorum conformat
 articulum, duobusq; infimis cōclusis digitis,
 cæteros eminus porrigens, & infesto pollice
 clemēter subrigens insit Telephron : Pupillus
 ego Mileto pfectus ad spectaculū Olympicū, 45
 cū hæc etiā loca puinciæ famigerabilis adire
 cuperē, peragrata cuncta Theſſalia, fuscis au-
 bus Larissam accessi. Ac dum singula perer-
 rās, tenuato admodū uiatico, paupertati meæ
 fomenta cōquiro, conspicio medio foro pcerū 50
 quēdam senem, insistebat lapidē, claraq; uoce
 prædicabat, si qui mortuum seruare uellet, de
 pretio liceretur. Et ad quēpiā prætereūtium,
 Quid hoc (inquā) cōperior? hiccine mortui so-
 lēt aufugere? Tace respōdit ille, Nā oppidō pu 55
 er, & satis peregrinus es, meritoq; ignoras
 Theſſaliæ te consistere, ubi sagæ mulieres, ora
 mortuorū passim demorsicāt, eaq; sūt illis ar-

tis magicæ supplementa. Contrà ego, Et quæ
 tu (inquā) dic fides custodela ista feralis? Iā
 primū respondit ille, perpetem noctem exi-
 miē uigilandum est, exertis & inconuersis
 5 oculis, semper in cadauer intētis: nec acies us-
 quam deuertenda, imò ne obliquanda quidē:
 quippe cum deterrimæ uersipelles in quoduis
 animal ore conuerso, latenter obrepant, ut ip-
 sos etiam oculos solis & iustitiæ facile frustē
 10 tur. Nam & aues, & rursum canes, & mu-
 res, imò uerò etiam muscas induunt. Tunc di-
 ris cantaminibus somno custodes obruunt.
 Nec quisquam definire poterit, quantas late-
 bras nequissimæ mulieres pro libidine sua cō-
 15 miniscuntur: nec tamē huius tam exitiabilis
 operæ merces āplior q̄ quaterni uel senī fer-
 mē offerūtur aurei. Ehem, & quod penē præ-
 terieram, siqui nō integrum corpus mane re-
 stituerit, quicquid inde decerptum, diminu-
 20 tūmq; fuerit, id omne de facie sua desēctū sar-
 cire compellitur. His cognitis animum meum
 commasculo, & illico accēdēs præconem, Cla-
 mare (inquam) iam desine, adest custos para-
 tus, cēdo præmium. Mille (inquit) nūmi de-
 25 ponentur tibi. sed heus iuuenis, caue diligen-
 ter, principum ciuitatis huius filij cadauer à
 malis Harpyis probè custodias. Ineptias (in-
 quam) mihi narras, & nugas meras. Vides
 hominem ferreum, & in somnē cērtē, perspi-

caciorem ipso Lynæo, uel Argo, & oculum to- 30
 tum. Vix finieram, & illico me produxit ad
 domum quampiam, cuius ipsis foribus obse-
 ptis, per quamdam breuem posticulam intro-
 uocat me, & conclaue quoddam obseratis li-
 minibus, umbrosum demonstrat cubiculum, 35
 matronam flebilem fusca ueste cōtectam. quā
 propter adsistens, Hic (inquit) authoratus ad
 custodiam mariti tui fidenter accessit. At illa
 crinibus antependulis, hinc inde dimotis, eti-
 am in mœrore, luculentam proferens faciem, 40
 meq; respectans: Vide oro (inquit) quā ex-
 pergite munus obeas. Sine cura sis (inquam)
 modò corollarium idoneum comparas. Quo
 placito, ocyus surrexit, & ad illud me cubicu-
 lum inducit. Ibi corpus splendentibus linteis 45
 coopertum, introductis quibusdam septem te-
 stibus, manu reuelat, & diutine uisu perfle-
 to, obtestata fidem præsentium singula demō-
 strat anxie, uerba concepta de industria qua-
 dam tabulis prænotante: Ecce (inquit) nasus 50
 integer, incolumes oculi, saluæ aures, illibatæ
 labiæ, mētum solidum: uos in hanc rem boni
 quiritestimonium perhibetote. Et cum di-
 cto, consignatis illis tabulis, facessit. At ego,
 Iube (inquam) domina, cūcta quæ sunt usui 55
 necessaria, nobis exhiberi. At quæ (inquit) ista
 sunt? Lucerna (aio) prægrandis, & oleū ad
 lucem luci sufficiens, & aqua cū cenophoris,

& calice, cœnarumque reliquijs discus orna-
 tus. Tunc illa capite quassanti, Abi (inquit)
 fatue, qui in domo funesta cœnas & parteis
 requiris, in qua tot iugis iam diebus ne fu-
 5 mus quidem uisus est ullus. An istic comessa-
 tum te uenisse credis? quin sumis potius loco
 congruentes luctus, & lachrymas? Hæc simul
 dicens respexit ancillam. Et Myrrhene (in-
 quit) lucernam & oleum trade confestim, &
 10 incluso custode, cubiculo protinus facesse. De-
 solatus ad cadaveris solatium, perfrictis ocu-
 lis, & obarmatis ad uigilias, animum me-
 um permulcebam cantationibus, cum ecce
 crepusculum, & nox prouecta, & nox al-
 15 tior, & deinde concubia altiora. Et iam nox
 intēpesta, mihiq; oppido formido cumulator
 quidē, cū repētē introrepēs mustela cōtra me
 constitit, obtutūq; acerrimū in me destituit, at
 tantillū aialis præ nimia sui fiducia mihi tur-
 20 barit animum. Deniq; sic ad illam, Quin abis
 (inquā) impurata bestia, tēq; ad tui similes
 musculos recōdis, anteq; nostri uim p̄sentariā
 expiari? Quin abis? Terga uortit, & cubiculo
 p̄tinus exterminatur. Nec mora cū me sōnus
 25 p̄fundus in imū barathrū repente demergit,
 ut ne deus quidē Delphicus ipse, facile discer-
 neret, duobus nobis iacētibus, quis esset magis
 mortuus: sic inanimis, & indigens alio custo-
 de, penē ibi non eram. Cōmodum noctis indu

L. APVLEII DE ASINO

cias cantus p̄strepebat cristatæ cohortis. Tan 30
 dem expergitus, & nimio pauore perterri-
 tus, cadauer accurro: & admoto lumine, reue-
 latâq; eius facie, rimabar singula, quæ cum-
 eta cōuenerunt. Ecce uxor misella flens, cum
 hesternis testibus introrupit anxia: & statim 35
 corpori superruens, multūmq; ac diu deoscu-
 lata, sub arbitrio luminis recognoscit omnia.
 Et cōuersa, Philodespotum requirit autorem,
 eiq; præcipit, bono custodi redderet sine mo-
 ra præmiū. Et oblato statim, sumas (inquit) 40
 tibi iuuenis gratias agimus. Et hercules ob se-
 dulum istud ministerium, inter cæteros fami-
 liares dehinc numerabimus. Ad hæc ego in-
 sperato lucro diffusus in gaudium, & in au-
 reos refulgenteis, quos identidem manu mea 45
 uentilabam, attonitus, Imò (inquam) domi-
 na, de famulis tuis unum putato, & quoties
 operam nostram desiderabis, fidenter im-
 pera. Vix hæc effatum, me statim familiares
 omnifariâ exertis raptim cuiusq; modi telis, 50
 insequuntur. Pugnis ille malas offendere, sca-
 pulas alius cubitis impingere, palmis infestis
 hic latera suffodere, calcibus insultare, capil-
 los distrahere, uestem discindere: sic in modū
 superbi iuuenis Adoni, uel mustelatis peplis 55
 laceratus, atq; discerptus, domo proturbor. Ac
 dum in proxima platea refouēs animum, in-
 fausti atq; improuidi sermonis mei sero remi

niscor, dignumq; me pluribus etiam uerberi-
 bus fuisse meritò cōsentio, ecce iam ultimum
 defletus, atq; conclamatus procefferat mortu-
 us, rituq; patrio (utpote unus de optimati-
 5 bus) pompa funeris publici ductabatur per
 forum. Occurrit adanxius quidam mœstus, in
 lachrymis genialem caniciem reuellēs senex,
 & manibus ambabus inuadens torum, uocē
 contenta quidem, sed assiduīs singultibus im-
 10 pedita, Per fidem uestram (inquit) quirites,
 per pietatem publicam, perempto ciui subsi-
 stite, & extremum facinus in nefariam, scēle-
 stamq; istam mulierem sæuiter uindicate.
 Hæc enim nec ullus alius, miserum adolescē
 15 tem, sororis meæ filium, in adulteri gratiam,
 & ob prædam hæreditariam, extinxit uene-
 no. sic ille senior, lamentabiles questus sin-
 gulis instrepebat. sæuire uulgus iterdum, &
 facti uerisimilitudine ad criminis credulita-
 20 tem impelli, conclamant ignem, requirunt sa-
 xa, paruulos ad exitium mulieris hortantur.
 Emeditatis ad hæc illa fletibus, quàmq; san-
 ctissimè poterat, adiurans cuncta numina,
 tantum scelus abnuebat. Ergo igitur, senex il-
 25 le, ueritatis arbitrium, in diuinam prouidenti-
 am reponamus. Zachlas adest Aegyptius, pro-
 pheta primarius, qui mecum iandudum grā-
 di præmio pepigit, reducere ab inferis spiri-
 tū, corpūsq; istud postliminio mortis anima-

L. APVLEII DE ASINO

re. Et cum dicto iuuenem quempiam linteis 36
 amiculis intectum, pedesq; palmeis baxeis in
 dutum, & adusq; deraſo capite, producit in
 mediū. Huius diu manus deosculatus, & ipsa
 genua contingens, Miſerere (ait) ſacerdos, mi
 ſerere per cæleſtia ſydera, per inferna numi- 37
 na, per naturalia elementa, per nocturna ſile
 tia, & adepta Coptica, & per incrementa Ni
 lotica, & arcana Memphitica, & ſiſtra Pha
 riacæ, da breuem ſolis uſuram, & in æternum
 conditis oculis modicam lucem infunde. Non 40
 obnitimur, nec terræ rem ſuam denegamus:
 ſed ad ultionis ſolatum, exiguum uitæ ſpati
 um deprecamur. Propheta ſic propitiatus, her
 bulam quampiam, ter ob os corporis, & aliā
 pectori eius imponit. Tunc oriētem obuerſus, 45
 & incrementa ſolis auguſti tacitus impreca
 tus, uenerabili ſcena facies, & ſtudia præſen
 tium ad miraculum tantum certatim adre
 xit. Immitto me turbæ ſociū, & ponē ipſum
 lectulum editiorem quedam lapidē inſiſtens, 50
 cuncta curioſis oculis arbitrabar. Iam tumo
 re pectus extolli, iam ſalubris uena pulſari,
 iam ſpiritu corpus impleri, & adſurgit cada
 uer, & profatur adoleſcēs. Quod oro me poſt
 Lethæa pocula, iam ſtygijs paludibus inna- 55
 tantem, ad momentariæ uitæ reducitis offi
 cia? Deſine, iam, precor, deſine, ac me in meam
 quietem permitte. Hæc audita uox de corpo-

re. sed aliquando propheta commotior, *Quin*
refers (ait) populo singula, tuæq; mortis il-
luminas arcana? An non putas deuotioni-
bus meis posse diras inuocari? posse tibi mem-
 5 *bra lassâ torqueri? suscipit ille de lectulo, &*
uno congestu populum sic adorat: Malis no-
uæ nuptæ peremptus artibus, & adductus
noxio poculo, torum repente adultero man-
cipauit. Tunc uxor egregia, capit præsentem
 10 *audaciam, & mente sacrilega coarguenti ma-*
rito resistens altercat. Populus æstuat diuer-
sa tendentes, hi pessimam fœminam uiuen-
tem statim cum corpore mariti sepelien-
dam: alij mendacio cadaueris fidem non ha-
 15 *bendam. sed hanc contationem sequens ado-*
lescentis sermo distinxit: nam rursus altius
ingemiscens, Dabo (inquit) dabo uobis inte-
meratæ ueritatis documenta perlucida, &
quod prorsus alius nemo cognouerit, indi-
 20 *cabo. Tunc digito me demonstrans, nam cum*
corporis mei custos hic sagacissimus, exertam
mihi teneret uigiliam, cantatrices anus exu-
uijs meis imminentes, atq; ob id reformatæ
frustra sæpius cum industriam sedulam eius
 25 *fallere nequiuiissent, postremum iniecta somni*
nebula, eoq; in profundâ quietem sepulto, me
nomine ciere non prius desiere, q̃ dum hebe-
tes artus, & mēbra frigida, pigris conatibus

ad artis magicæ nitantur obsequia. Hic utpo. 30
 te uiuus quidem, sed tantum sopore mortuus,
 quod eodem mecum uocabulo nūcupatur, ad
 suum nomē ignarus resurgit. Et in exanimis
 umbræ modū ultroneus gradiēs, quanquam
 foribus cubiculi diligenter obclusis, per quod 35
 dam foramen profectis naso prius, ac mox au-
 ribus, uicariam pro me lanienam suscepauit:
 utq; fallaciæ reliqua conuenirent, ærā in mo-
 dum profectarum formatam aurium, ei appli-
 cant exanussim, nasoq; ipsius similem compa 40
 rant. Et nunc adsistit miser hic, præmium nō
 industriæ, sed debilitationis cōsecutus. His di-
 ctis perterritus, tētare aggredior, iniecta ma-
 nu nasum prehendo, sequitur: aureis pertra-
 ctō, deruunt: ac dum directis digitis, & de- 45
 tortis nutibus præsentium denotor, dum ri-
 sus ebullit, inter pedes circumstantium frigi-
 do sudore defluens, euado. Nec postea debilis,
 ac sic ridiculus, lari me patrio reddere potui,
 sed capillis hic inde laterum deiectis, aurium 50
 uulnera ælauri: nasi uerò dedecus linteolo isto
 preßim adglutinato, decēter obtexi. Cum pri-
 mū Telephron hanc fabulam posuit, compo-
 tores uino madidi, rursum cachinnum inte-
 grant. Dūmq; bibere solitarium postulant, sic 55
 ad me Byrrhena, solennis (inquit) dies à pri-
 mis cunabulis huius urbis cōditæ, crastinus
 aduenit: quo die soli mortaliū sanctissimum

deum Risum, hilaro, atq; gaudiali ritu propi-
 tiamus: hūc tua præsētia nobis efficies gra-
 tiores. Atq; utinam aliquid de proprio lepō-
 re letificum honorando deo comminiscaris,
 5 quo magna, pleniusq; tanto nummini læmus.
 Bene (inquam) & fiet ut iubes. Et uellē her-
 cules materiam reperire aliquam, quam deus
 tantus effluenter indueret. Post hæc monitu
 famuli mei, qui noctis admonebat, iam & ip-
 10 se crapula distentus, protinus exurgo, & ap-
 pellata properè Byrrhena, titubante uestigio
 domuitionem capeſso. sed cum primam plate-
 am uadinus, uento repentino lumen quo nite-
 bamur, extinguitur, ut uix improvidæ noctis
 15 caligine liberati, digitis pedū detinſis ob la-
 pides, hospitium defessi rediremus. Dūq; iam
 iunctim proximamus, ecce tres quidam uege-
 tis, & uastulis corporibus, fores nostras, &
 summis uiribus irruētes, ac ne præsētia qui-
 20 dem nostra tantillum cōterriti, sed magis ma-
 gisq; cum æmulatione uirium crebrius insul-
 tantes, ut nobis ac mihi potissimū non im-
 merito latrones esse, & quidem sæuissimi ui-
 derentur. statim deniq; gladium, quem ueste
 25 mea contactum ad hos usus extuleram, sinu
 liberatum arripui, nec cōtatus, medios latro-
 nes inuado: ac singulis, ut quenq; colluctantē
 offenderam, altissimè demergo, quoad tandē
 ante ipsa uestigia mea uastis, & crebris per-
 e. i.

forati uulneribus, spiritū efflauerint. sic præ 30
liatus iam tumultu eo, Fotide suscitata, pate-
factis ædibus anhelans, & sudore perlitus,
irrepro, meq; statim, utpote pugnantium la-
tronum inuicem Gerionæ cædis fatigatum,
lecto simul, & somno tradidi. 35

Argumentum tertij libri.

Exorto dies, magistratus cum ministris do-
mum Apuleij petunt, eumq; tanq̃ homicidā
in iudicium tradunt. Turba populi confluen-
tis, & cuncta stipantis describitur, accusator 40
homicidij reum agit. Reus innocentiam suam
tutatur, causamq; agit argumentis oratorijs.
Inter hæc anus aduentat tanq̃ parens neca-
torum, quos iussu magistratus reuelat Luci-
us, utres esse apparent. Exoritur cachinnus 45
immodicus, & sic dei Risus celebrata cū hila-
ritate solennia. Fotis causam docet facti utrici-
dij. Mox adhibet Lucium spectatorem Pamphi-
les in auem se transfigurantis unguine magi-
co delibutæ, qui & ipse tali desiderio flagrans, 50
dum in bubonem gestit immutari, per errore
pyxidis unguentariæ, in asinum transfigura-
tur. In calæ latrocinale furtum refertur, quo
asinus cū cæteris iumentis onustus gazis Mi-
lonis hospitis abducitur. 55

L. APVLEII MA-
DAVRENSIS PHILOSO-
PHI PLATONICI, DE ASI-
NO AVREO LIBER TER-
TIVS.



Ommodum punican-
 tibus phaleris, Auro-
 ra roseum quatiens la-
 certum, calum inequi-
 tabat, & me securæ
 quieti reuulsum, nox
 diei reddidit, æstus in-
 uadit animū, uel ues-

5 pertini recordatione facinoris. Cōplicitis de-
 10 niq; pedibus, ac palmulis, i alternas digitorū
 uicissitudines super genua connexis, sic gra-
 batū cossim insidens, ubertim flebam, iam fo-
 rum & iudicia, iam sententiam, ipsum deni-
 que carnificem imaginabundus. An mihi quis
 15 quam tam mitis, tamque beniuolus iudex
 obtinget, qui me ternæ cædis perlitum cru-
 ore, & tot ciuium sanguine delibutum, inno-
 centem pronunciare poterit? Hanc illam mihi
 gloriosam pegrinationē fore Chaldeus Dio-
 20 phanes obstinatē prædicabat. Hic idētidē me-
 tū replicans, fortunas meas eiulabā, quati fo-
 res interī & frequēti clamore ianuae nostræ
 p̄strepī. Nec mora, cū magna irruptione pa-
 e. ū.

L. APVLEII DE ASINO

refactis ædibus, magistratibus, eorúmque mini 30
 stris, turbæ miscellane cuncta completa, sta-
 timque lictores duo de iussu magistratuum im-
 missa manu trahere me sanè non renitètem.
 Ac dum primum angiportum insistimus, sta-
 tim ciuitas omnis in populum effusa, mira 35
 densitate nos insequitur. Et quanquam capite
 in terram, imò ad ipsos inferos, iam deiecto,
 mœstus incederè, obliquato tamè aspectu, rem
 admirationis maximè conspicio. Nam inter
 tot millia populi circumsedentis, nemo pror- 40
 fus, qui non risu dirumperetur, aderat. Tan-
 dem pererratis plateis omnibus, & in modum
 eorum, qui lustralibus piamentis, minas por-
 tentorum hostijs circumforaneis expiant, cir-
 cunductus angulatim forum, eiúsque tribu- 45
 nal adstituor. Iamque sublimo suggestu magi-
 stratibus residentibus, iam præcone publico
 silentium clamante, repente cuncti consona vo-
 ce flagitant, propter cœtus multitudinem, quæ
 pressuræ nimia densitate periclitaretur, iudi 50
 cium tantum theatro redderetur. Nec mora,
 cum passim populus procurrens, caueæ conse-
 ptum mira celeritate compleuit. Aditus etiam
 & tectum omne fartim stipauerant. Plerique
 columnis implexi, alij statuis depèduli, non- 55
 nulli per fenestras & lacunaria semiconspi-
 cui, miro tamen omnes studio uisendi, pericu-
 la salutis negligebant. Tunc me per proscœni-

um medium uelut quandam uictimam publica ministeria perducunt, & orchestrae mediae sistunt. sic rursum praekonis amplo boatu citatus accusator, quidam senior exurgit: & ad
 5 dicendi spatium uasculo quodam inuicem colli graciliter fistulam, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua populum sic adorat: Neque parua res, ac praecipue pacem ciuitatis cunctae respiciens, & exemplo serio profutura tractatur
 10 Quirites sanctissimi: quare magis congruit sedulo, singulos atque uniuersos uos pro dignitate publica providere, ne nefarius homicida tot caedium lanienam, quam cruenter exercuit, impune commiserit. Nec me putetis
 15 priuatis simultatibus instinctu, odio proprio seuire, sum nanque nocturnae custodiae praefectus: nec in hodiernum credo quenquam peragilem, diligentiam meam culpae posse: rem denique ipsam, & quae nocte gesta sunt, cum fide
 20 de perferam. Nam cum fere iam tertia uigilia scrupulosa diligentia cunctae ciuitatis hostiati singula considerans, circumirem, conspicio istum crudelissimum iuuenem, mucrone districto, passim caedibus operantem: iamque treis numero
 25 seuitia eius intereptos, ante pedes ipsius spiranteis adhuc corporibus in multo sanguine palpitanteis. & ipse quidem conscientia tanti facinoris merito permotus, statim profugit, & in domum quaedam praesidio tenebrae. iij.

tum elapsus , perpetem noctem delituit. sed 30
 prouidentia deum, quæ nihil impunitum no-
 centibus permittit, priusquam iste clandesti-
 nis itineribus elaberetur, mane præstolatus,
 ad grauissimum iudicij uestri sacramentum,
 eum curauit producere . Habetis itaque re- 35
 um tot cædibus impiatum, reum coram de-
 prehensum , reum peregrinum . Constanter
 itaque in hominem alienum ferte sententias,
 de eo crimine, quod etiam in uestrum ciuem
 seueriter uindicaretis . sic profatus accusa- 40
 tor acerrimus , immanem uocem repressit: ac
 me statim præco , si quid ad ea respondere
 uellem , iubebat incipere . At ego nihil tunc
 temporis amplius quam flere poteram. Non
 tam me hercules truculentam accusationem 45
 intuens, quam meam miseram conscientiam.
 sed tamen oborta diuinitus audacia, sic ad il-
 la : Nec ipse ignoro quam sit arduum, trinis
 ciuium corporibus expositis , eum qui cædis
 arguatur , quanuis uera dicat , & de facto 50
 consteatur ultro , tamen multitudini tantæ
 quod sit innocens persuadere: sed si paulisper
 audientiam publicam mihi tribuerit humani-
 tas, facile uos edocebo, me discrimen capitis
 nõ meo merito, sed rationabilis indignationis 55
 euentu fortuito, tantam criminis inuidiã fru-
 stra sustinere. Nam cum à cœna me serius ali-
 quanto reciperem, potulentus alioquin, quod .

planè uerum crimen non diffitebor, ante ip-
 sas fores hospitij (ad bonum autem Milonem
 ciuem uestrum deuorto) uideo quosdam sæ-
 uissimos latrones, aditū tentantes, & domus
 5 ianuas cardinibus obtortis euellere gestiētes,
 claustrisque omnibus quæ accuratissimè ad-
 fixa fuerant, uiolenter euulsis, secum iam de
 inhabitantium exitio deliberātes. Vnus de-
 niq; & manu promptior, & corpore uastior,
 10 his affatibus cæteros incitabat, Heus pueri
 quàm maribus animis, & uiribus alacribus
 dormientes aggrediamur. Omnis cōtatio, igna
 uia omnis facessat è pectore, stricto mucrone
 per totam domum cædes ambulet: qui sopi-
 15 tus iacēbit, trucidetur: qui repugnare tenta-
 uerit, feriat: sic salui recedemus, si saluum
 in domo neminem reliquerimus. Fateor quiri-
 tes, extremos latrones, boni ciuis officium ar-
 bitratus, simul eximè metuēs, & hospitibus
 20 meis, & mihi, gladiolo, qui me propter huius
 modi pericula comitabatur, armatus fugare,
 atque protertere aggressus sum. At illi bar-
 bari prorsus, & immanes homines, neque fu-
 gam capeffunt, & cum me uiderent in fer-
 25 ro, tamen audaciter resistunt. dirigitur præ-
 liaris acies. Ipse denique dux, & signifer cæ-
 terorum, ualidissimè aggressus, illico mani-
 bus ambabus capillo abreptu, ac retro refle-
 xum, effligere lapide gestit. Quem dum sibi
 e.iii.

porrigi flagitat, certa manu percussum felici 30
 ter prosterno . Ac mox alium pedibus meis
 mordicus inharētem, per scapulas ictu tem-
 perato, tertiūmq; improvidē occurrentem pe-
 ctore offenso perimo : sic pace uindicta, do-
 mōq; hospitis, ac salute communi protecta, nō 35
 tam impunem me, uerum etiā laudabilem pu-
 blicē credebam fore, qui ne tātillo quidē un-
 quā crimine postulatus, sed probē spectatus,
 apud meos semper innocentia commodis cum
 etis antetuleram. Nec possum reperire cur iu 40
 stæ ultionis, qua contra latrones teterrimos
 commotus sum, nunc istum reatum sustineā,
 cum nemo possit monstrare, uel proprias in-
 ter nos inimicitias præcessisse, ac ne omnino
 mihi notos illos latrones usquam fuisse : uel 45
 certē ulla præda monstretur, cuius cupidine
 tantum flagitium credatur admissum . Hæc
 profatus rursum lachrymis obortis, porre-
 ctisque in præces manibus, per publicā mi-
 sericordiam, per pignorum caritatem, mœ- 50
 stus, tunc hos, tunc illos deprecabar. Cū-
 que tam humanitate commotos, misERICOR-
 dia fletuum affectos omnes satis crederem,
 solis, & iustitiæ testatus oculum, casūque
 præsentem meum commendans deū pro- 55
 uidentia, paulò altius aspectu relato, conspi-
 cio prorsus totum populum, risu cathinnabili
 diffleebant: nec secus illum bonum hospitem,

parentemq; meum Milonē, risu maximo dis-
 lutum. At tunc sic tacitus mecū, En fides (in-
 quam) en conscientia. Ego quidem pro hospi-
 tis salute, & homicida sum, & reus capitis in
 5 ducor. At ille nō contētus, quōd mihi nec assi-
 stendi solatium perhibuit, in super exitiū meū
 cachinnat. Inter hæc quædam mulier, per me-
 dium theatrum, lachrymosa, & flebilis, atra
 ueste contexta, paruulum quendam sinu tole-
 10 rans, decurrit, ac ponē eam anus alia pannis
 horridis obsita, paribûsq; mœsta fletibus ra-
 mos oleaginos utræq; quatientes: quæ circū-
 fusæ lectulum, quo peremptorum cadauera
 contexta fuerant, plāgore sublato se lugubri-
 15 ter eiulantes: Per publicam misericordiam, per
 commune iūs humanitatis (aiunt) miseremi-
 ni indignè cæsum iuuenem, nostræq; uidui-
 tati, ac solitudini: de uindicta solatium date,
 certē paruuli huius in primis annis destituti
 20 fortunis succurrite, & de latronis huius san-
 guine, legibus uestris, & disciplinæ publicæ
 litate. Post hæc magistratus qui natu maior
 adsurgit, & ad populum talia: De scelere qui-
 dem, quod serio uindicādum, nec ipse, qui cō-
 25 misit, potest diffiteri: sed una tātū subsiciua
 sollicitudo nobis relicta est, ut cæteros socios
 tanti facinoris requiramus. Nec enim uerifi-
 mile est hominē solitariū, treis tā ualidos ne-
 casse iuuenes, prohinc tormētis ueritas eruē-

da. Nam & qui comitabatur eū clanculo pro 30
 fugit, & res ad hoc deducta est, ut p quæstio
 nem sceleris sui participes indicet, ut tā diræ
 factionis formido funditus perimatur. Nec
 mora, cū ritu græciensi ignis & rota, tū omne
 flagrorum genus inferuntur. Augetur oppi- 35
 dō, imō duplicatur mihi mœstitia, q̄ integra
 saltē mori non licuerit. sed anus illa, quæ fle-
 tibus cūcta turbauerat, Prius (inquit) optimi
 ciues, q̄ latronem istum miserorum pignorū
 meorum peremptorem, cruciādum adfigatis, 40
 permittite corpora necatorum reuelari, ut &
 formæ simul, & ætatis contemplatione, ma-
 gis magisq; ad iustam indignationem arrecti,
 p modo facinoris sæuiatis. His dictis applau-
 ditur, & illico me magistratus ipsum, iubet 45
 corpora quæ lecto fuerant posita, mea manu
 detegere. Luctantē me ac diu renitentē præ-
 cedens facinus instaurare noua ostensione, li-
 ctiores iussu magistratuum quàm instātissimè
 compellunt: manum deniq; ipsam è regione 50
 lateris tundētes, in exitium suum super ipsa
 cadauera porrigunt. Euictus tandem necessi-
 tate, succumbo, & ingratus licet arrepto pal-
 lio retexi corpora. Dū boni, quæ facies rei,
 quod monstrum, quæ fortunarum mearum 55
 repentina mutatio? Quanquam enim iam in
 peculio Proserpinæ & Orci familia numera-
 tus, subitō in contrariam faciem obstupefa-

ctus hæsi, nec possum nouæ illius imaginis
 rationem idoneis uerbis expedire. Nam ca-
 dauera illa iugulatorum hominum erāt tres
 utres inflati, uarijsq; secti foraminibus: & ut
 5 uespertinum prælium meum recordabar, his
 locis hiantes, quibus latrones illos uulnera-
 ueram. Tunc illis quorundam astu paulisper
 cohibitus risus, liberè iam exarsit in plebem.
 Hi gaudiij nimietate gratulari, illi dolorem
 10 uentris manuum compressione sedare. Et cer-
 tē lætitia delibuti, meque respectantes, cum-
 cti theatro facessunt. At ego ut primū illam
 laciniam prehenderam, fixus in lapide steti
 gelidus: nihil secus, quā una de cæteris the-
 15 atri statuis, uel columnis. Nec prius ab infe-
 ris emerſi, quā Milo meus hospes accessit:
 & iniecta manu, me renitentem, lachrymif-
 que rursū promicātibus crebra singultiō-
 tem clementi uiolētia secum attraxit, & ob-
 20 seruatis uiæ solitudinibus, per quosdā anfra-
 ctus domum suam perduxit, mœstūmq; me
 atque etiam tunc trepidū, uarijs solatur
 affatibus. Nec tamen indignationem iniuriæ
 quæ inhæserat altius meo pectore, ullo modo
 25 pmulcere quiuit. Ecce illico etiā magistratus
 ipsi cū suis insignibus domū nostrā ingressi,
 talibus me monitis delinire gestiūt, Neq; tuæ
 dignitatis, uel etiā prosapiæ tuorū ignari su-
 mus Luci domine, nā & prouinciam totam

L. APVLEII DE ASINO

inclytæ uestræ familiæ nobilitas cõplectitur. 30
 Ac ne istuc quod uehementer ingemiscis, con-
 tumeliæ causâ perpeffus es. Omnem igitur de
 tuo pectore præsentem tristitudinem mitte,
 & angore animi depelle. Nam lusus iste quẽ
 publicè gratissimo deo Risui, per annua re- 35
 uerticula solenniter celebramus, semper com-
 menti nouitate florescit. Iste deus, autore suũ
 propitius ubiq; comitabitur amãter, nec unq;
 patietur, ut ex animo doleas, sed frontẽ tuã
 serena uenustate lætabit assidue. Ac tibi ciui 40
 tas omnis pro ista gratia honores egregios
 obtulit. Nã & patronũ scripsit, & ut in ære
 stet imago tua decreuit. Ad hæc dicta, sermo-
 nis uicem refero: Tibi quidem (inquam) splen-
 didissima, & unica Thessaliæ ciuitas, bonorũ 45
 talium parẽ gratiã memini: uerum statuas,
 & imagines dignioribus, meisq; maioribus
 referuare suadeo. Sic pudenter allocutus, &
 paulisper hilario uultu renidẽs, quantumcũq;
 poteram lætiorem me refingens, comiter ab- 50
 euntes migistratus appello. Et ecce quidã in-
 trò currẽs famulus, Rogat te (inquit) tua pa-
 rens Byrrhena, & conuiuũ cui te sero despõ-
 deras, iam appropinquãtis admonet. Ad hæc
 ego formidans, & procul perhorrescens, 55
 etiam ipsam domum eius: Quã uellem (in-
 quam) parens iussis tuis obsequium commo-
 dare, si per fidẽ liceret id facere: hospes enim

meus Milon per hodierni diei præsentissimū
numen adiurans, effecit ut eius hodiernæ cœ
næ pignerarer: nec ipse discedit, nec me digre
di patitur, prohinc epulare uadimonium disse
5 ranus. Hæc adhuc me loquente, manu firmi-
ter iniecta Milon, iussis balnearibus adsequi,
producit ad lauacrum proximum. At ego ui-
tans oculos omnium, & quem ipse fabricau-
ram risum obuiorum declinās, lateri eius ad-
10 ambulabā obteetus, nec qui lauierim, qui ter-
serim, qui domum rursum reuerterim, præ ru-
bore memini. Sic omnium oculis, nutibus, ac
deniq; manibus denotatus, impos animi stu-
pebā. Raptim deniq; paupertina Milonis cœ-
15 nula perfumētus, causatūsq; capitis acrem do-
lorem, quem mihi lachrymarū adsiduitas in-
cusserat, cubitum uenia facile tributa, conce-
do. Et abiectus in lectulo meo, quæ gesta fue-
rant singula mæstus recordabar, quoad tandē
20 Fotis mea, dominæ suæ cubitu procurato, sui
longè dissimilis aduenit. Nō ex læta facie, nec
sermone diaculo, sed uultuosam frontem ru-
gis insurgētibus asseuerabat contanter ac ti-
nidē. Deniq; sermōe prolato, Ego (inquit) ipsa
25 confiteor ultro, ego tibi causa huius molestiæ
fui. Et cum dicto lorum quempiam sinu suo
depromit, mihiq; porrigēs: Cape (inquit) oro
te, de pfida muliere uindictā, mō uerò licet,
maius quoduis suppliciū sume; nec tamē me

L. APVLEII DE ASINO

putes oro sponte angorem istū tibi cōcinnaſſe: 30
 dū mihi melius, q̄ ut mei cauſa uel tantillum
 ſcrupulum patiare, ac ſi quid aduerſi tuum
 caput reſpicit, id omne protinus meo luatur
 ſanguine. ſed quod alterius rei cauſa facere
 miſſa ſum, mala quadam mea ſorte in tuā re 35
 cidit iniuriam. Tunc ego familiaris curioſita
 tis admonitus, factiq; cauſam deliteſcentē nu
 dari geſtiens, ſuſcipio: Omniū quidem nequiſ
 ſimus, audaciſſimūſque lorus iſte, quem tibi
 uerberādæ deſtinasti, prius à me cōciſus, atq; 40
 laceratus interibit ipſe, quā tuā plumeā,
 lacteāmq; contingat cutem. ſed mihi cū fide
 memora, quod tuum factum ſcēuitas confe
 ta, in meū cōuertit exitium? Adiuro enim tuū
 mihi chariſſimum caput, nulli me proſus, 45
 ac ne tibi quidem ipſi aſſeueranti poſſe cre
 dere, quod tu quicquam in meam cogitaue
 riſ perniciē. Porro meditatus innoxios, caſus in
 certus, uel etiam aduerſus, culpæ non poſſe
 adijcere. Cum iſto fine ſermonis oculos Foti 50
 dis meæ udos, ac tremulos, & prona libidine
 marcidos, iam iamq; ſemiadopertulos admiſ
 ſis, & ſorbillātibus ſuauijs, ſitienter haurie
 bam. Sic illa lætitia recreata, Patere (inquit)
 oro prius fores cubiculi diligenter obcludam, 55
 ne ſermonis elapſi, proſana petulātia, com
 mittam grande flagitium. Et cum dicto, peſ
 ſulis iniectis, & uncino firmiter immiſſo,

sic ad me reuerſa, colloq; meo manibus amba-
 bus implexa, uoce tenui, & admodum minu-
 ta, Paueo (inquit) & formido ſolidæ domus
 huius operta detegere, & arcana domiæ meæ
 5 reuelare ſecreta: ſed melius de te, doctrinæq;
 tua præſumo, qui præter generoſam nataliū
 dignitatem, præter ſublime ingenium, ſacris
 pluribus initiatus, proſectō noſti ſanctam ſi-
 lētij fidē. Quæcūq; igitur commiſero huius re-
 10 ligioſi pectoris tui penetralibus, ſemp̄ hæc in-
 tra conſeptum clauſa cuſtodias oro, & ſim-
 plicitatē relationis meæ, tenacitate taciturni-
 tatis tuæ remunerare. Nā me, quæ ſola mor-
 talium noui, uis amoris quo tibi teneor, indi-
 15 care cōpellit. Iam ſcies omnem domus noſtræ
 ſtatū: iam ſcies dominæ meæ mirāda ſecreta,
 quibus obediunt manes, turbātur ſydera, co-
 guntur numina, ſeruiunt elemēta: nec unquā
 magis artis huius uiolentia nititur, q̄ cum ſci-
 20 tulæ formulæ iuuenem quēpiam libēter aſpe-
 xit, quod quidem ei ſolet crebriter euenire.
 Nunc etiam adoleſcentē quendam Bæotium
 ſummē decorū efflictim deperit, totāſq; artis
 manus, machinas omneis ardēter exeræt. Au-
 25 diui ueſperi, meis his (inquam) auribus audi-
 ui, quòd ni celerius ſol cælo ruiſſet, noctiq; ad
 exercēdas illecebras magiæ maturius æſſiſ-
 ſet, ipſi ſoli nubilā calignē, & perpetuas tene-
 bras comminantē. Hunc iuuenem, cum è bal-

neis rediret, ipsa tonstrinae residētē, hesternā 30
 die forte conspexit, ac me capillos eius, qui iā
 cæde cultrorum defecti humi iacebant, clācu
 lo præcepit ferre: quos me sedulo, ac furtim
 colligentem tonsor inuenit: & quod alioquin
 publicitus maleficæ disciplinæ perinfames 35
 sumus, adreptam inclementer increpat: Tū ne
 ultima non cessas subinde lectorum iuuenum
 capillamēta surripere? quod scelus nisi tandē
 desines, magistratibus te incōtanter obijciā.
 Et uerbū factō secutus, immissa manu scru- 40
 tatus, ē medijs papillis meis iā capillos abscō
 ditos iratus arripuit. Quo gesto, grauiter af-
 fectā, mecūmq; reputās dominæ meæ mores,
 quod huiusmodi repulsis satis acriter cōmo-
 ueri, mēq; uerberare sæuissimē cōsuevit: iam 45
 de fuga consilium tenebam, sed istud quidem
 tui contēplatione abieci statim. Verū cū tri-
 stis inde descenderem, ne prorsus uacuis ma-
 nibus redirem, conspicio quendam forficulis
 tondentē caprinos utres: quos cum probē cō- 50
 strictos, inflatōsq; & iam pendentes cernerē,
 capillos eorum humi iacentes, flauos, ac per
 hoc illi Bæotio iuueni consimileis, plusculos
 aufero, eosq; dominæ meæ, dissimulata ueri-
 tate trado. Sic noctis initio, priusquam cœ- 55
 na te reciperes, Pāphile mea, iam necors ani-
 mi, tectum scandulare cōscendit, quod altrin-
 fecus ædium patore pflabili nudatū ad omnis

orientales, cæterósq; aspectus peruium, maxi-
 mè his artibus suis commodatum secretò co-
 lit: priúsq; apparatu solito instruxit feralē of-
 ficinam, omne genus aromatis, & ignorabili-
 5 ter laminis literatis, & infeliciū nauīū du-
 rantibus damnis defletorum, sepultorum etiā
 cadauerum expositis multis admodū mem-
 bris. Hic nares & digiti, illic carnosi clauī pē-
 dentiū, alibi trucidatorum seruatus cruor, &
 10 extorta dentibus ferarū trunca caluaria. Tūc
 decantatis spirantibus fibris, litat uario la-
 tice, nunc rore fontano, nūc lacte uaccino, nūc
 melle montano, libat & mulsa. sic illos capil-
 los in mutuos nexus obditos, atq; nodatos, cū
 15 multis odoribus dat uiuis carbonibus adolē-
 dos. Tūc protinus inexpugnabili magicæ di-
 sciplinæ potestate, & cæca numinum coactio-
 rum uiolentia, illa corpora quorum fumabāt
 stridentes capilli, spiritum mutuātur huma-
 20 num, & sentiūt, & audiūt, & ambulant. Et
 quā nidor suarū ducebat exuuiarū ueniūt, &
 pro illo iuene Bæotio aditū gestientes, fores
 insiliūt. Cū ecce crapula madens, & impro-
 uidæ noctis deceptus caligine, audacter nu-
 25 crone districto, in insani modum Aiakis arma-
 tus, non ut ille uiuis pecoribus infestus tota
 laniauīt armēta, sed longè fortius, qui tres in-
 flatos caprinos utres exanimasti, ut ego te p-
 stratis hostibus, sine macula sanguinis, nō ho-
 f.i.

micidam nunc, sed utricidam amplecterer. At 30
 ego sic lepido sermone Fotidis inuicē cauilla-
 tus, Ergo igitur iā, & ipse possum (inquā) mi-
 hi primam istam uirtutis adoriā, ad exemplū
 duodeni laboris Herculei numerare, uel trige-
 mino corpori Geryonis, uel triplici formæ Cer 35
 beri, totidem peremptos utres coæquādo. sed
 ut ex animo tibi uolens omne delictū quo me
 tantis angoribus implicasti remittam, præsta,
 quod summis uotis expostulo, & dominā tu-
 am, cum aliquid huius diuinæ disciplinæ mo- 40
 litur ostende, cum deos inuocat. certe cum re-
 formatu uideam, sum nanq; coram magiæ no-
 scendæ ardentissimus cupitor : quanq; mihi
 nec ipsa tu uideare talium rerum rudis, uel
 expers. Scio istud, & planè sentio, cum semper 45
 aliquin spretorem matronalium amplexuū
 sic tuis istis micantibus oculis, & rubentibus
 bucculis, & renidentibus crinibus, & hianti-
 bus osculis, & flagrantibus papillis, in seruilē
 modū addictū atq; mācipatū teneas uolentē. 50
 Iam deniq; nec larem requiro, nec domuitio-
 nem paro, & nocti isti nihil antepono. Quam
 uellē (inquit) respōdit illa, præstare tibi o Lu-
 ci, quod cupis, sed ppter inuidos mores, in so-
 litudinē semper abstrusa, & omniū præsentia 55
 uiduata, solet huiusmodi secreta perficere. sed
 tuū postulatū præponā pericula meo, idq; ob-
 seruatis opportunis temporibus sedulò persi-

etiam, modò ut initio præfata sum, rei tãtæ fi-
 dem, silētiumq; tribue. sic nobis garriētibus,
 libido mutua, & animos sinul, & mēbra su-
 scitat, omnibus abiectis amiculis. Hactenus
 5 deniq; intecti bacchamur in Venerē, cū quidē
 mihi iam fatigato de propria liberalitate Fo-
 tis puerile obtulit corollarium. iamq; luminibus
 meis uigilia marcidis, infusus sopor, & iā in
 aliū diē nos attinuit. Ad hūc modū trāsactis
 10 uoluptariē paucis noctibus, quadā die perci-
 ta Fotis, ac satis trepida, me accurrit, indicatq;
 dominā suā, quòd nihil etiā tūc in suos amo-
 res cæteris artibus pmoueret, nocte proxima
 in auem sēsē plumaturā, atq; ad suū cupitum
 15 sē deuolaturam: proin memet ad tantæ rei
 speculā cautē præpararē. Iamq; circa primā
 noctis uigiliam, ad illud superius cubiculum,
 suspēsō, & in sono uestigio me perducit. Ipsaq;
 per rimam ostiorū quampiā iubet arbitrari,
 20 quæ sic gesta sunt. Iam primū omnibus la-
 cinijs sē deuestit Pāphile, & arcula quadam
 reclusa, pyxides plustulas inde depromit. de
 queis unius operculo remoto, atq; indidē ege-
 sta unguedine, diuq; palmulis suis adfricta, ab
 25 imis unguibus sēsē totam, adusq; summos ca-
 pillos perlinit: multūmq; cum lucerna secreto
 colloquuta, membra tremulo succussu quatit.
 Queis leniter fluctuantibus, pmicant molles
 plumulæ, crescūt & fortes pinulæ, duratur na
 f.ū.

L. APVLEII DE ASINO

sus incuruus, coguntur ungues adunci, sit bu 30
 bo Pāphile. sic ædito stridore querulo, iam sui
 periclitabunda, paulatim terra resultat, mox
 in altum sublimata, forinsecus totis alis euo-
 lat. Et illa quidem magnis suis artibus uolēs
 reformatur. At ego nullo decantatus carmi- 35
 ne, præsentis tantū facti stupore defixus, quid
 uis aliud magis uidebar esse, q̄ Lucius. sic ex
 terminatus animi, attonitus in amentia, uigi-
 lans somniabam, defrictis aded̄ diu pupulis,
 an uigilarem scire quærebar. Tandem deniq; 40
 reuersus ad sensum præsentium, arrepta ma-
 nu Fotidis, & admota meis luminibus: Pate-
 re oro te (inquam) dum dictat occasio, magno
 & singularis me affectionis tuæ fructu per-
 frui: & impartire nobis unctulū indidē, per 45
 istas tuas papillas, mea mellitula, tuumq; mā-
 cipium irremunerabili beneficio sic tibi per-
 petuo pignora, ac iam perficē, ut me æveneris
 Cupido pinnatus assistam tibi. Ain (inquit)
 uulpinaris amasio, meq; spōte asciam cruri- 50
 bus meis illidere cōpellis? siccine meū ipsa Lu-
 ciū pullis cōseruo Theſſalis? hunc alitem fa-
 ctū ubi quærā? uidebo quando? A me sælus
 istud depellant cælites (inquā) ut ego quāuis
 ipsius aquilæ sublimis uolatibus toto cælo 55
 peruius, & supremi Iouis certus nūcius, uel
 lætus armiger, tamen non ad meum nidulū
 post illā pinnarum dignitatem subinde de-

uolem? Adiuro per dulcē istum capilli tui nodulum, quo meum uinxisti spiritum, me nullam aliam meæ Fotidi malle. Tunc etiā istud meis cogitationibus occurrit, cum semel auē
 5 talem perunctus induero, donus omnis procul me uitare debere. Quā pulchro enim quanq; festiuo matronæ perfruētur amatore bubone? Quid q̄ istas nocturnas aueis, cū penetrauerint larē quēpiā sollicitē prehēsas, fori
 10 bus uidemus adfigi, ut quod infauistis uolatibus familiæ minatur exitiū, suis luāt cruciatibus? sed quod sciscitari penē præteriui, quo dicto, factōue rursum exutis pinnulis illis, ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod
 15 ad huius rei curam pertinet (ait). nam mihi domina singula mōstrauit, quæ possunt rursus in facies hominū, taleis figuras reformare. Nec istud factum putes ulla beniuolentia, sed ut ei redeuntimedelam salubrem possem
 20 subsistere. spectā deniq; q̄ paruis, quanq; futilibus tanta res procuretur. Hercules, anethi modicum cū lauri folijs immissum, rore fontano datur lauacrum, & poculū. Hæc identidem asseuerans summa cū trepidatione irre-
 25 pit cubiculum, & pyxidem depromit arcula: quam ego amplexus, ac deosculatus prius, utq; mihi prosperis faueret uolatibus deprecatus, abiectis properē lacinijs totis, auidē manus immersi, & haurito plusculo uncto,
 f. iij.

corporis mei membra perfricui: iamq; alternis 30
 conatibus, libratis brachijs in auem similem
 gestiebam: nec ullæ plumulæ, nec usquam pin-
 nulæ, sed planè pili mei crassantur in setas, &
 cutis tenella duratur in coriū, & in extimis
 palmulis perduto numero, toti digiti coguntur 35
 in singulas ungulas, & de spinæ meæ termi-
 no grandis cauda proëdit. Iam facies enor-
 mis, & os prolixum, & nares hiantes, & la-
 biæ pendulæ, sic & aures immodicis horripi-
 lant auctibus. Nec ullum miseræ formatio- 40
 nis uideo solatiū, nisi quòd mihi iam neque-
 unt tenere Fotidem natura crescebat. Ac dū
salutis inopia cuncta corporis mei conside-
rans, non auem me, sed a sinu uideo, querens
de facto Fotidis, sed iam humano gestu simul, 45
 & uocæ priuatus, quod solum poterā, postre-
 ma deiecta labia humidis cū oculis, obliquū
 respiciens, ad illam tacitus expostulabā. Quæ
 ubi me primū talem aspexit, percussit faciē
 suam manibus infestis, & Occisa sum misera 50
 clamabat, me trepidatio sinul, & festinatio
 fefellit, & pyxidū similitudo decēpit: sed be-
 ne quòd facilius reformationis huius medela
 suppeditat. Nā rosis tantū demorsicatis exi-
 bis asinum, statimq; in meum Luciū postlimi 55
 nio redibis. Atq; utinā de more uesperī pa-
 rasses nobis corollas aliquas, nec morā talē
 patereris, uel noctis unius, sed primo dilucu-

- lo, remedium festinabitur tibi. sic illa mœrebat. Ego uerò quāq̃ perfectus asinus, & pro Lucio iumētum, sensum tamen retinebam humanum. Diu deniq; ac multum mecū ipse de-
- 5 liberaui, an nequissimā, facinorosissimāque fœminam illā, spissis calcibus feriens, & mordicus adpetens, necare deberem. sed ab incepto temerario melior me sententia reuocauit, ne morte mulctata Fotide, salutareis mihi
- 10 suppetias rursus extinguerē. Deiecto itaq; & quassanti capite, ac demussata temporali contumelia, durissimo casui meo seruiens, ad equū illū uectore meū p̃bissimū in stabulū concedo, ubi alium etiā Milonis quondā hospitii mei
- 15 asinum stabulātem inueni. Atq; ego rebar, si quod inesset mutis animalibus tacitum ac naturale sacramētum, agnitione ac miseratione quadā inductum equū illum meū, hospitii ac loci lauta mihi præbiturum. sed pro Iu-
- 20 piter hospitalis, & fidei secreta numina, præclarus ille uector meus, cum asino capita cōferunt, in meāmq; perniciem illic cōsentiūt: & uerentes scilicet cibarijs suis, uix me præsep̃io uidere proximantē, deiectis auribus iā
- 25 furentes, infestis calcibus insequūtur; & abigor quā procul ab hordeo, quod apposuerā uesperis meis manibus illi gratissimo famulo. sic affectus, atq; in solitudinem relegatus, an gulo concesseram stabuli. Dūmq; de inso-
- f. iiii.

L. APVLEII DE ASINO

lentia collegarū meorū mecum cogito, atq; in 30
 alterū diē auxilio rosario, Lucius denuō futu-
 rus, equi perfidiæ uindictam meditor, respi-
 cio pilæ mediæ, quæ stabuli trabes sustinebat.
 In ipso uere meditullio, Hipponæ deæ sinula
 crum residens ædiculæ, quod accuratè corol 35
 lis roseis equidem recentibus fuerat ornatū.
 Deniq; agnito salutari præsidio, pronus spei,
 quantum extensis prioribus pedibus adniti
 poteram, insurgo ualide, & ceruice proluxa
 nimiumq; porrectis labijs, quāto maximè ni 40
 su poteram, corollas appetebā. Quod me pes-
 si ma scilicet sorte conantē, seruulus meus, cui
 semper equi cura fuerat mādāta, repente cō-
 spiciens, indignatus exurgit: & Quousq; tan-
 dem (inquit) cātheriū patiemur istum, paulo- 45
 antè cibarijs iumētorū, nunc etiā simulacris
 deorū infestū? Quin iam ego istū sacrilegum,
 debilem, claudūmq; reddam. Et statim telum
 aliquod quæritans eruere, fascem lignorū po-
 situm offendit, rimatūsq; frondosum fustem, 50
 cunctis uastiozem, non prius miserum me tū-
 dere desijt, quā sonitu uehementi, & lar-
 go strepitu percussis ianuis, trepido etiam
 rumore uiciniae conclamantis latrones, pro-
 fugit territus. Nec mora, cū ui patefactis 55
 ædibus, globus latronum inuadit omnia, &
 singula domus membra cingit armata fa-
 ctio. Et auxilijs hinc inde conuolantibus ob-

sistit discursus hostilis, cuncti gladijs, ac fa-
 cibus instructi, noctem illuminant: coruscant in
 modū ortus solis ignis, & nuxco. Tunc horre-
 um quoddā satis ualidis claustris obseptū ob-
 5 seratūmq; quod medijs ædibus cōstitutū, ga-
 xis Milonis fuerat refertū, securibus ualidis
 aggressi, diffindunt. Quo passim recluso, totas
 opeis uehūt, raptūmq; constrictis sarcinis sin-
 guli partiūtur. sed gestaminū modus nume-
 10 rū gerulorū exædit. Tunc opulētiae nimiae ni-
 mio ad extremas icitas deducti, nos duos asi-
 nos, & equū meum productos è stabulo, quā-
 tum possunt grauioribus sarcinis onerāt, &
 domo iam uacua, minantes baculis exigunt:
 15 unōq; de socijs ad speculandū, qui de facino-
 ris inquisitione nunciaret relicto, nos crebro
 tundentes, per auia montiū ducunt concitos.
 Iamq; rerū tantarū pondere, & mōtis ardui
 uertice, & prolixo satis itinere, nihil à mor-
 20 tuo differebā, sed mihi sero quidē, serio tamē
 subuenit ad auxiliū ciuile decurrere, & inter-
 posito uenerabilis principis nomine, tot ærū-
 nis me liberare. Cum deniq; iam lucē clarissi-
 ma, uicum quēpiam frequentem & nundinis
 25 celebrem præteriremus, inter ipsas turbulas
 Græcorū, gemino sermone nomē Augustū Cæ-
 saris inuocare tentauī, & O quidē tantū di-
 sertum, ac ualidū clamitauī, reliquū autē Cæ-
 saris nomē enunciare nō potui. Aspernati la-

L. APVLEII DE ASILIB.III.

trones clamorem absonum meum, cædentes 30
hinc inde miserum corium, nec cribris iam
idoneum relinquunt. sed tandem mihi in-
opinatam salutem Iupiter ille tribuit. Nam
cum multas uillulas, & casas amplas præter
imus, hortulum quendam prospexi satis a- 35
mœnum: in quo præter cæteras gratas herba
las, rosæ uirgines matutino rore florebat. His
inhians, & spe salutis alacer ac lætus propius
acçessi. Dumq; iam labijs undatibus affecto,
consiliū me subit lōgè salubrius, ne si rursū 40
asino remoto, prodire in Luciū, euident exitiū
inter manus latronū offenderem, uel artis ma-
gicæ suspicione, uel indicij futuri criminatio-
ne. Tunc igitur à rosis, & quidem necessariō
temperavi, & casum præsentem tolerās, in asi 45
ni faciem fœna rodebamus.

Argumentum quarti libri.

Denuatus in asinū Apuleius ærumnas la-
boriosas eloquēter enarrat, quas sub asinina
forma, humana mente retēta, peregrinatione 50
multiplici perpeffus est. Interferūtur tēpestiui
ter uarij latronū casus: describitur & ille qui
effigiem ursæ subiens instruxit apparatū gla-
diatorū. De industria inserit fabulam Psyche
quæ & uoluptate, & eruditione est refertissi 55
ma, cuius mysticus intellectus suo loco expli-
cabitur aliās.

L. APVLEII MA-
DAVRENSIS PHILOSO-
PHI PLATONICI, DE ASI-
NO AVREO LIBER
QVARTVS.



Iem fermè circa medi-
um, cum iam flagran-
tia solis caleret, in pa-
go quodam apud no-
tos, ac familiareis la-
tronibus senes diuer-
tinus. sic enī primus
aditus & sermo proli-
xus, & oscula mutua quanuis asino sentire
10 præstabāt: nā & rebus quibusdā dorso meo
deproptis, munerabantur, & secretis ganniti-
bus, quòd essent latrocinio partæ uidebātur
indicare. Iāmque nos omni sarcina leuatos, in-
pratū proximum passim libero pastui tra-
15 didere, nec me cum asino, uelequo meo com-
pascuus coetus attinere potuit, adhuc insolitū
alioquin prædere fœnum. sed planè ponè sta-
bulum prospectum hortulum iam fame per-
ditus fidenter inuado, & quanuis crudis ole-
20 ribus, affatim tamen uentrem sagino. Deosq;
comprecatus omneis, cuncta prospectabam lo-
ca, sicubi fortè conterminis in hortulis can-
dēs reperirē rosariū. Nā & ipsa solitudo iam

L. APVLEII DE ASINO

mihi bonam fiduciam tribuebat, si deuius, & 30
 protectus, absconditus, sumpto remedio, de iu-
 menti quadrupedis incuruo gradu rursum e-
 rectus in hominem, inspectante nullo resurge-
 rem. Ergo igitur cum in isto cogitationis salo
 fluctuarem, aliquanto longius uideo frondosi 35
 nemoris conuallem umbrosam, cuius inter ua-
 rias herbulas, & lætissima uireta, fulgētium
 rosarum minius color renidebat. Iamq; apud
 mea non usquequaque ferina præcordia, Ve-
 neris & Gratiarum lucum illū arbitrabar, 40
 cuius inter opaca secreta floris genialis regi-
 us nitor relucebat. Tunc inuocato hilario, atq;
 prospero Euentu, cursu me concito proripio,
 ut hercule ipse sentirem non asinum me, ue-
 rùm etiam equum currulem nimia uelocitate 45
 resectum. sed agilis atq; præclarus ille cona-
 tus, fortunæ meæ sæuitatem anteire non po-
 tuit. Iam enim loco proximus, non illas rosas
 teneras, & amœnas, madidas diuinis guttis
 roris, & nectaris quas rubi felices beatæ spi 50
 næ generant: ac ne conuallem quidem usque
 iam, nisi tantum ripæ fluuiialis marginē den-
 sis arboribus septā uideo. Hæ arbores in lau-
 ri faciem prolixè foliatæ, pariunt in modum
 floris inodori porrectos calyculos, modicè pu 55
 nicanteis: quos equidem fragrantis minimè
 rurestri uocabulo, uulgus indoctum, rosas lau-
 reas appellāt, quarūq; cuncto pecori cibus

lethalis est. Talibus fatis implicitus etiā ipsam salutem recusans, spōte illud uenenum rosarium sumere gestiebam. sed dum contanter accedo decerpere, iuuenis quidam ut mihi uidebatur, hortulanus, cuius omnia prorsus olea uastaueram, tanto damno cognito, cū grandi baculo furens decurrit, abreptumq; me totum, plagis obtundit ad usq; uitæ ipsius periculum, nisi tandem sapienter alioquin ipse mihi tulisset auxilium. Nam lumbis eleuatis in altum, pedum posterioribus calcibus iactatis in eum crebriter, iam mulctato grauius, atq; iacente contra procliue montis attingui fuga me liberaui. sed illico mulier quæpiam, uxor eius scilicet, simul eum postratum, & semianimē ex edito despexit, ululabili cū plangore ad eum statim profilit, ut sui uidelicet miseratione mihi præsens crearet exitum: cuncti enim pagani fletibus eius exciti, statim conclamant canes, utq; ad me lanandum rabie perciti ferrent impetum, passim cohortantur. Tūc igitur proculdubio iam morti proximus, cum uiderem canes modò magnos, & numero multos, & ursis ac leonibus ad compugnandum idoneos, in me conuocatos exasperari, ex re nata capto consilio, fugam desino, ac me retrorsus celeri gradu rursum in stabulum, quò deuerteram, recipio. At illi canibus iam ægrè cohibitis, arreptum me

loro quàm ualido ad anfulam quandam desti 30
 natam rursum cædendo confecissent profe-
 ctò, nisi dolore plagarum alius arctata, cru-
 diſq; illis oleribus abundans, & lubrico flu-
 xu ſaucia, ſimo fiſtulatim excuſſo, quosdam
 extremi liquoris aſpergine, alios putore nido 35
 riſ foetidi à meis iam quaſſis ſcapulis abegis-
 ſem. Nec mora, cum iam in meridiem pronò
 iubare, rurſum nos, & præcipuè me longè
 grauius onuſtum producunt illi latrones ſta-
 bulo. Iamque confecta bona parte itineris, & 40
 uiæ ſpatio defectus, & ſarcinæ pondere de-
 preſſus, iectibúſq; fuſtium fatigatus, atq; eti-
 am ungulis extritis iam claudus, & titubās
 riuulum quendā ſerpentis leniter aquæ pro-
 pè inſiſtens, ſubtilem occaſionem feliciter na- 45
 ctus cogitabam totum memet flexis ſcitè cru-
 ribus pronum abiicere, certus atque obſtina-
 tus, nullis uerberibus ad ingrediendum ex-
 urgere, imò etiam paratus non fuſti tantum,
 ſed machæra percuffus occumbere. Rebar e- 50
 nim iam me prorſus exanimatum, ac debile
 mereri cauſariam miſſionem: certè latrones
 partim impatientia moræ, partim ſtudio fe-
 ſtinatæ fugæ dorſi mei ſarcinam duobus cæ-
 teris iumentis diſtributuros, meq; in altioris 55
 uindictæ uicem, lupis & uulturibus prædam
 relicturos. ſed tam bellū conſiliū meum præ-
 uertit ſors deterrima. Nanq; ille alius aſinus,

diuinato & ātcepto meo cogitatu, statī emē-
 tita lassitudine, cum rebus totis effunditur,
 iacēsq; in modum mortui, non fustibus, non
 stimulis, ac ne cauda quidem & auribus, cru-
 5 ribúsq; undiq; uersum eleuatis, tentauit exur-
 gere, quoad tandem posthumæ spei fatigati,
 secūmq; collocutū, ne tam diu mortuo, imō ue-
 rò lapideo asinō seruiētes fugam morarētur,
 sarcinis eius mihi, equóq; distributis, districto
 10 gladio poplites eius totos amputant. Ac pau-
 lulum à uia retractum per altissimum præ-
 æps in uallem proximam etiam nunc spiran-
 tem præcipitant. Tunc ego miseri commilito-
 nis fortunam cogitans, statui iam dolis abie-
 15 ctis, & fraudibus, asinum me bonæ frugis do-
minis exhibere. Nam & secum eos animad-
 uerteram colloquentes, quòd in proximo no-
 bis esset habenda mansio, & totius uicæ finis
 quieta, eorūmq; esset sedes illa, & habitatio.
 20 Clementi deniq; transmissō cliuulo, perueni-
 mus ad locum destinatum: ubi rebus totis ex-
 olutis, atq; itus cōditis, iam pōdere liberatus,
 lassitudinem uicæ lauacri pulueris uoluptati-
 bus digerebam. Res ac tēpus ipsum locorū &
 25 speluncæ illius, quam latrones inhabitabant,
 descriptionem exponere flagitant. Nam &
 meum sinul periclitabor ingenium, & faxo
 uos quoq; an mente etiā, sensūq; fuerim asi-
 nus, sedulo sentiatis. Mons horridus, syluestri-

L. APVLEII DE ASINO

búsq; frondibus umbrosus, & in primis altus 30
 fuit. Huius per obliqua deuexa, quæ saxis as-
 perrimis, & ob id inacçessis cingitur, conual-
 les lacunosæ, cauæq; nimium, spinetis aggera-
 tæ, & quaquauerfus repositæ naturalem tu-
 telam præbentes ambiebant. De summo uerti- 35
 cæ, fons affluens bullis ingentibus scaturibat,
 qui p pronâ delapsus euomebat undas argen-
 teas. Iamq; riuulis pluribus dispersus, ac ual-
 les illas amnibus stagnâtibus irrigans in mo-
 dum stipati maris, uel ignaui fluminis, cun- 40
 cta cohibebat. Insurgit spelunca, quæ margi-
 nes môtanæ desint, turris ardua, caula firma
 solidis cratibus, ouili stabulatione commoda,
 porrectis undiq; lateribus. Antè fores exigui
 tramites, uicæ structi parietis attenduntur: ea 45
 tu bono certè meo periculo, latronum dixeris
 atria. Nec iuxtâ quicquam, quàm parua casu
 la, cannulis temerè contexta, quod speculatores
 è numero latronum, ut postea comperi, sorte
 ducti, noctibus excubabant. Ibi cum singuli 50
 irrepfissent, stipatis artubus nobis ante ipsas
 fores loro ualido destinatis, anum quādā cur
 uatam graui senio, cui soli salus atq; tutela tot
 numero iuuenum commissa uidebatur, sic in-
 festi compellant: Etiam ne tu busti cadauer ex 55
 tremum, & uitæ dedecus primū, & Orci fa-
 stidium solum, sic nobis otiosa domi residen-
 susitabis, nec nostris tam magnis tamq; peri-

culosis laboribus solatium de tam sera fese-
 ctione tribuas, quæ diebus ac noctibus, nihil
 quicquam rei quàm merū sœuiēti uentri tuo
 soles audiditer ingurgitare? Tremens ad hæc,
 5 & stridenti uocula pauida, sic anus: At uobis
 fortissimi fidelissimiq; mei hospitatores iuue-
 nes, affatim cuncta suavi sapore percocta pul-
 mēta præsto sunt, panis numerosus, uinū pro-
 bē calicibus effricatis affluenter immissum,
 10 & ex more calida tumultuario lauacro ue-
 stro præparata. In fine sermonis huius statim
 sese deuestiūt, nudatiq; & flāmæ largissimæ
 uapore recreati, calidāq; perfusi, & oleo per-
 uncti, mensas dapibus largiter instructas ac-
 15 cumbunt. Cōmodum cubuerant, & ecce qui-
 dem longè plures numero iuuenes adueniūt
 aliq, quos incontanter adæquē latrones arbi-
 trarere. Nam & ipsi prædas aureorū, argen-
 teorūq; nummorum, ac uasculorum, uestis-
 20 que sericæ, & intextæ filis aureis, inuehebāt.
 Hi simili lauacro refoti, inter choros sociorū
 sese reponunt. Tunc sorte ducti ministeriū fa-
 ciunt. Estur ac potatur incondite, pulmentis
 æruatim, panibus aggeratim, poculis agmi-
 25 natim ingestis: clamore ludunt, strepitu can-
 tillant, conuitijs iocantur, ac iam cætera semi-
 feris Lapithis Thebanis, centaurisq; similia.
 Tunc inter eos unus, qui robore cæteros an-
 tistabat: Nos quidē (inquit) Milonis Hypatini

domum fortiter expugnauius, præter tan- 30
 tam fortunæ copiam, quam nostra uirtute na-
 eti sumus, & incolumi numero castra nostra
 petiuius, & si quid ad rem facit, octo pedi-
 bus auctiores remeauimus. At uos, qui Bæoti
 as urbeis appetistis, ipso duce uestro fortissi- 35
 mo Lamatho diminuti, debilem numerum re-
 duxistis, cuius salutē merito sarcinis istis quas
 aduexistis omnibus certē antetulerim. sed il-
 lum quidem, utcumq; nimia uirtus sua pere-
 mit: inter inclytos reges ac duces præliorum 40
 tātī uiri memoria celebrabitur. Enim uerò uos
 bonæ frugis latrones inter furta parua, atq;
 seruilia timidiculæ, per balneas, & anileis cæl-
 lulas reptātes, scrutariā facitis. suscipit unus
 ex illo posteriore numero: Tūc solus ignoras, 45
 longē faciliores ad expugnandum domus esse
 maiores? quippe quodd licet numerosa familia
 latis diuersetur ædibus, tamen quisq; magis
 suæ saluti, quàm domini consulat opibus. Fru-
 gi autem & solitarij homines, fortunam par- 50
 uam uel certē satis amplam dissimulanter ob-
 tectam, protegūt acrius, & sanguinis sui peri-
 culo muniant. Res ipsa denique sermoni meo
 dabit. Vix enim Thebas Heptapylos accessi-
 mus, quod est huic disciplinæ primarium stu- 55
 dium. sed dum sedulo fortunā inquirebamus
 popularem, nec nos denique latuit Chryseros
 quidā nummularius, copiosæ pecuniæ domi-

nus, qui metu officiorum, ac munerum publicorum, magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam. Denique solus, ac solitarius parua, sed satis munita domuncula contentus, 5 pannosus alioquin, ac sordidus aureos folles incubabat. Ergo placuit, ad hunc primum ferremus aditum, ut concepta pugna manus unice, nullo negotio cunctis opibus ociose potiremur. Nec mora, cum noctis initio foribus eius præstolamur, quas neque subleuare, 10 neque dimouere, ac nec perfringere quidem nobis uidebatur, ne ualuarum sonus cunctam uiciniam nostro suscitaret exitio. Tunc itaque sublimis ille uexillarius noster Lamathus spectata uirtutis suæ fiducia, qua clauis immit- 15 tædæ foramen patebat, sensim immissa manu, claustrum euellere gestiebat. sed dudū scilicet omnium bipedū nequissimus Chyferos uigilās, & singula rerū sentiens, lenē gradū, & obnixū silētiū tolerās, paulatim adrepi, grandique clauo manum ducis nostri, repente nixu fortissimo, ad ostij tabulam offigit: & exitiabili nexu patibulum relinquens, gurgustiolī 20 sui tectum ascendit; atque inde contentissima uocē clamitans, rogāsq; uicinos, & unum- quenque proprio nomine ciens, & salutis cōmunis admonens, diffamat, incendio repentino domum suam possideri. sic unusquisque 25 proximi periculi consinio territus, suppetia-

tum decurrere anxij. Tunc nos in ancipiti pe- 30
 riculo constituti, uel opprimendi nostri, uel de-
 ferendi socij, remedium, e re nata ualidum, eo
 uolente, cōminiscimur. Antesignani nostri par-
 tem, qua manus humerum subit, ictu per ar-
 ticulum medium temperato, prorsus absছি- 35
 mus, atq; ibi brachio relicto, multis lacinijis of-
 fulto uulnere, ne stillæ sanguinis uestigiū pro-
 derent. Cæterum Lamathum raptim reporta-
 mus, ac dum trepidi regionis urgemur graui
 tumultu, & instantis periculi metu terremur 40
 ad fugam, nec uel sequi properè, uel remane-
 re tuto potest, uir sublimis animi, uirtutisque
 præcipuus, multis nos affatibus, multisq; pre-
 cibus quærens, adhortatur per dextram Mar-
 tis, per fidem sacramenti, bonum commilitonē 45
 cruciatu simul, & captiuitate liberaremus.
 Cur enim manu qua rapere, & iugulare so-
 la posset, fortem latronem superuiuere? sat se
 beatu qui manu socia uolēs occuberet. Cūmq;
 nulli nostrum spōtale parricidiū suadens, per- 50
 suadere posset, manu reliqua sumptum gladi-
 um suum, diūq; deosculatus, per medium pe-
 ctus, ictu fortissimo transadijt. Tunc nos, ma-
 gnanimi ducis uigore uenerato, corpus reli-
 quum ueste linea diligenter conuolutum, ma- 55
 ri celandum commisimus: & nunc iacet no-
 ster Lamathus elemento toto sepultus. Et ille
 quidem dignum uirtutibus suis uitæ termi-

num posuit. Enimuero Alcimus solertibus
 coeptis, tamen seuum fortunæ nutum non
 potuit abducere: qui cum dormientis anus
 perfracto tuguriolo cōscēdisset cubiculum su-
 5 perius, iámque protinus obliſis faucibus in-
 terſtinguere eam debuisset, prius maluit re-
 rum singula per latiore fenestram forinſe-
 cus nobis stylis rapienda dispergere. Cúmque
 iam cuncta rerum gnauiter emolitus, nec to-
 10 ro quidem aniculæ quiescentis parcere uellet,
 eaque lectulo suo deuoluta, nestem stragu-
 lam subductam scilicet iactare similiter desti-
 naret, genibus eius profusa, sic nequissima
 illa deprecatur: Quid oro fili paupertinas,
 15 pannosâsque reculas miserrimæ anus donqs
 uicinis diuitibus, quorum hæc fenestra do-
 mum prospicit? Quo sermone callido decē-
 ptus astu, & uera quæ dicta sunt credēs, Al-
 cimus uerens scilicet ne & ea quæ prius mi-
 20 ſerat, quæque postea missurus foret, non so-
 cijs suis, sed in alienos lareis iam certus erro-
 ris abiçeret, suspendit se fenestra sagaciter
 perspecturus omnia, præsertim domus atti-
 guæ, quam dixerat illa, fortunas arbitratu-
 25 rus. Quod eum strenuè quidem, & satis im-
 prouide conantem, senile illud facinus, quan-
 quam inualido, repentino tamen, & inopi-
 pinato pulsu nutantem, & pendulum, & in
 prospectu alioquin attonitum, prææps ine-
 g.iiij.

glt. Qui præter altitudinem nimiam super 30
 quendam etiam vastissimum lapidem, pro-
 pè iacentem decidens, perfracta, diffusaque
 crate costarum, riuos sanguinis uomens, pri-
 mitus narratis nobis quæ gesta sunt, non diu
 cruciatus, uitam euasit, quem prioris ex- 35
 emplo sepulturæ traditum bonum secutorem
 Lamatho dedimus. Tunc orbitatis duplici
 plaga petiti, iamque Thebanis conatibus ab-
 nuentes, Plateas proximam conscendimus ci-
 uitatem. Ibi fama celebrem quendam nomi- 40
 ne Democharem, munus æditurum gladiato-
 rium deprehendimus. Nam & genere pri-
 marius uir, & opibus pluribus, & libera-
 litate præcipuus, digno fortunæ suæ splen-
 dore, publicas uoluptates instruebat. Quis tan 45
 tus ingenij, quis facundia, qui singulas speci-
 es apparatus multiiugi uerbis idoneis possit
 explicare? Gladiatores isti famosæ manus,
 uenatores illi probatæ pernicitatis alibi no-
 xij, perdita securitate, suis epulis bestiarum 50
 saginas instruentes, confixilis machinæ publi-
 cæ, turres tabularum nexibus instar circun-
 foraneæ domus, floridæ picturæ, decora fu-
 turæ uenationis receptacula. Qui præterea
 numerus? quæ facies ferarum? Nam præci- 55
 puo studio forensi etiam aduexerat generosa
 illa damnatorum capitum funera, sed præ-
 ter cæteram speciosi muneris supellectilem,

totis utcunque patrimonij uiribus immanis
 ursæ comparabat numerum copiosum. Nam
 præter domesticis uenationibus captas, præ-
 ter largis emptionibus partas, amicorum
 5 etiam donationibus uarijs certatim oblatas,
 tutela sumptuosa sollicitè nutriebat. Nec ille
 tam clarus, tamque splendidus publicæ uo-
 luptatis apparatus, inuidiæ noxios effugit
 oculos. Nam diutina captiuitate fatigatæ, si-
 10 mul & æstiuæ flagrantia maceratæ, pigra
 etiam sessione languidæ, repentina corre-
 ptæ pestilentia, penè ad nullum rediere nu-
 merum: passim per plateas plurima ær-
 neres iacere semiuiuorum corporum feri-
 15 nâ naufragia. Tunc uulgus ignobile, quos
 inculta pauperies sine delectu ciborum, te-
 nuato uentri cogit sordentia supplementa
 & dapeis gratuitas conquirere, passim ad
 iacentes epulas accurrere. Tunc è re nata
 20 subtile consilium, ego & iste Babulus tale
 comminiscimur: Vrsam, quæ cæteris sar-
 cina corporis præualebat, quasi cibo pa-
 randam, portamus ad nostrum receptacu-
 lum: eiúsque probe nudatum carnibus co-
 25 rium, seruatis solerter unguibus, ipso eti-
 am bestię capite, adusque confinium cœuicis
 solido relicto, tergum omne rasura studiosa
 tenuamus, & minuto cinere perspersum,
 soli siccandum tradimus. Ac dum cæle-
 g.iii.

L. APVLEII DE ASINO

stis uaporis flammis examurcatur, nos inter. 30
 dum pulpis eius ualenter saginantes, sic in-
 stanti militiæ disponimus sacramentum: ut
 unus è numero nostro, non qui corporis aded,
 sed animi robore cæteris antistaret, atque is
 in primis uoluntarius, pelle illa contectus, ur 35
 sæ subiret effigiem, domúmque Democharis
 illatus, per opportuna noctis silentia nobis
 ianuæ faciles præstaret aditus. Nec paucos
 fortissimi collegij solers species ad nuntius ob
 eūdū arrexerat, quorū præ cæteris Thrasileō 40
 factionis optione delectus, ancipitis machinæ
 subit aleam. Iamque habili corio, & mollitie
 tractabili, uultu sereno se se recondit. Tunc te-
 nui acumine summas oras eius adæquāui-
 mus, & iuncturæ rimam licet gracilem, se- 45
 tæ circumfluentis densitate sepimus: ad ip-
 sum confinium gulæ, quæ cæruix fuerat ex-
 ecta, Thrasileonis caput subire cogimus, par-
 uisque respiratui circa nareis & oculos da-
 tis foraminibus, fortissimum socium nostrum 50
 prorsus bestiam factum, immittimus caueæ
 modico præstinatæ pretio, quam constanti ui-
 gore festinus irrepsit ipse. Ad hunc modum
 prioribus inchoatis, sic reliqua fallaciæ pere-
 gimus. Sciscitati nomen cuiusdam Nicanoris, 55
 qui genere Thracio proditus, ius amicitiae
 summum cum illo Demochare colebat, literas
 affingimus, ut uenationis suæ primitias bo-

nus amicus uideretur ornando muneri dedisse. Iamq; prouecta uespera, abusi præsidio tenebrarum, Thrasileonis caueam Demochari cum literis illis adulterinis offerimus. Qui de
5 miratus bestiae magnitudinem, suiq; contubernalis opportuna liberalitate lætatus, iubet nobis protinus gaudij sui gerulis, decem aureos, ut ipse habebat, è suis oculis adnumerari. Tunc ut nouitas cōsuevit ad repentinas
10 uisiones animos hominū pellicere, multi numero mirabundi ad bestiam cōfluebant, quorū satis callenter curiosos aspectus Thrasileon noster, impetu minaci frequenter inhibebat: consonaq; ciuium uoce satis felix ac beatus
15 Demochares ille sæpe celebratus, quodd post tantam cladem ferarum nouo prouentu quoquo modo fortunæ resisteret, iubet noualibus suis confestim bestiam ire, iubet summa cum diligentia reportari. sed suscipiens ego, Caue
20 as (inquā) domine flagrantia solis, & itineris spatio fatigatam, coetui multarum, & ut audio nō recte ualentium committere ferarum: quin potius domus tuæ patulum ac perflatilem locum, imò & lacu aliquo cōtermi-
25 num refrigerantemq; prospicis. An ignoras hoc genus bestiae, lucos cōsitos, & specus roridos, & colles frigidus, & fontes amœnos semper incubare? Talibus monitis Demochares perterritus, numerūq; perditarū secum recen-

L. APVLEII DE ASINO

sens, nō difficulter ad sensus, ut ex arbitrio no 30
stro caueā locaremus facile permisit. sed &
nos (inquam) parati sumus hic ibidem p ca-
uea ista excubare noctes, ut aestus, & uexatio
nis incōmodo bestiae fatigatae, & cibum tē-
pestiuum, & potū solitum accuratius offera- 35
mus. Nihil indigenus labore isto nestro (respō
dit ille) iam penē tota familia per diutinam
consuetudinē nutriendis ursis exercitata est.
Post hæc uale factō discessimus, & portā ci-
uitatis egressi, monumentum quoddā conspi 40
camur, procul à uia, remoto & abdito loco po-
situm. Ibi capulos carie, & uetustate semite-
ctos, queis inhabitabant puluerij, & iam cine-
rosi mortui, passim ad futurae prædæ recepta-
cula referamus: & ex disciplina sectæ ferua- 45
to noctis illumino tēpore, quo somnus obuius
impetu primo corda mortaliū ualidius inua-
dit ac premit, cohortē nostrā gladijs armatā,
ante ipsas fores Democharis, uelut expilatio-
nis uadimonij sistimus. Nec secius Thrasileon 50
ex anussim, capto noctis latrociniali momēto,
prorepat cauea, statimq; custodes, qui probè so-
piti quiescebant, mox ad unū omnes, etiā ia-
nitorem ipsum, gladio conficit, clauiq; subtra-
cta, fores ianuæ repandit, nobisque promptè 55
cōuolātibus, & domus alueo receptis, demō-
strabat horreū, ubi uespera sagaciter argen-
tum copiosum recōdi uiderat. Quo protinus

perfractō, cōfertæ manus uiolentia, iubeo singulos commilitonum asportare quantū quisq; poterat auri uel argenti, & in illis ædibus fidelissimorum mortuorum occultare properē:
 5 rursum concito gradu recurrētes, sarcinas iterare. quod enim ex usu foret omniū, me solū resistantem pro domus limine, cuncta rerum exploraturū sollicitè dum redirent. Nā & facies ursæ medijs ædibus discurrētis, ad pro-
 10 terrēdos, siqui de familia fortè uigilassēt, uidebatur opportuna. Quis enim quauis fortis & intrepidus, immani forma tātæ bestiae, noctu præsertim uisitata, nō se ad fugam statim concitaret? nō obdito cellæ pessulo pauēs,
 15 & trepidus sese cella cohiberet? His omnibus salubri cōsilio rectè dispositis, occurrit sæuus euētus. nanq; dum reduces socios nostros suspensus opperior, quidā seruulus, strepitu scilicet diuinitus inquietus, proserpit leniter, ui-
 20 sâque bestia, quæ liberè discurre nstotis ædibus commeabat, premens obnixum silētium, uestigium suum replicat, & utcunq; cunctis in domo uisa pronunciat. Nec mora, cum numerosæ familiæ frequentia domus tota cōple-
 25 tur tedis, lucernis, cereis, sebaceis nocturni luminis instrumētis: clarescunt tenebræ, nec inermis quisq; de tātā copia processit, sed singuli fustibus, lācæis distriētis, deniq; gladijs armati muniunt aditus: nec secus canes etiam

uenaticos auritos illos & horricomes, ad cō- 30
 primendam bestiā cohortantur. Tūc ego sen-
 sim gliscēte adhuc illo tumultu, retrogradi fu-
 ga domo facesso: sed planē Thrasileonē mirē
 canibus repugnantem, latens ponē ianuā ipse
 pspicio, quanq̃ enim uitæ metas ultimas ob- 35
 iret, non tamen sui, nostriq; uel pristinae uir-
 tutis oblitus, iam faucibus ipsis hiantis Cer-
 beri reluctabat. scenam deniq; quam sponte
 sumpserat, cum anima retinens, nunc fugiēs,
 nunc resistens, uarijs corporis sui scenis ac 40
 motibus, tandem domo prolapsus est. Nec ta-
 men quanuis publica potitus libertate, salutē
 fuga quærere potuit. Quippe cuncti canes,
 de proximo angiportu satis feri, satiq; copio-
 si, uenaticis illis, qui commodum domo simi- 45
 liter insequentes procefferant, se se commiscēt
 agminatim. Miserum funestūq; spectaculū
 aspexi, Thrasileonem nostrum cateruis canū
 seuientium cinctum, atq; obsestum, multiq;
 numero morsibus laniatum. Deniq; tanti do- 50
 loris impatiens, populi circumfluētis turbu-
 lis immisceor, & in quo solo poteram celatum
 auxilium bono ferre commilitoni, sic indagi-
 nis principes dehortabar: O grāde (inquam)
 & extremū flagitium, magnam & uerē pre 55
 tiosam perdimus bestiam. Nec tamen nostri
 sermonis artes infelicissimo profuēre iuueni.
 Quippe quidam procurrēs ē domo, procerus,

& ualidus, incontinenter lanceam medijs inie-
 cit ursæ præcordijs, nec secus alius: & ecce
 plurimi iâ timore discusso certatim gladios,
 & iâ de proximo cogerunt. Enimvero Thra-
 5 sileon egregium decus nostræ factionis, tan-
 dem immortalitate digno illo spiritu expu-
 gnato, magis quàm patiëntia, neq; clamore, ac
 nec ululatu quidem, fidē sacramēti prodidit,
 sed iam morsibus laceratus, ferroq; laniatus,
 10 obnixo mugitu & ferino fremitu, præsentē
 casum generoso uigore tolerans, gloriam sibi
 reseruauit, uitam fato reddidit. Tanto tamen
 terrore, tantâq; formidine cœtum illum tur-
 bauerat, ut usq; diluculum, imò & in multū
 15 diem, nemo quisquam fuerit ausus, quanuis
 iacentem bestiam uel digito contingere, nisi
 tandem pigre ac timidè quidam lanius pau-
 lo fidentior, utero bestię resecto ursæ, magni-
 ficum despoliauit latronem. Sic etiam Thra-
 20 sileon nobis perimitur, sed à gloria nō periuit.
 Confestim itaq; constrictis sarcinis illis, quas
 nobis seruauerant fideles illi mortui, Plateæ
 terminos cito gradu deferentes, istud apud
 nostros animos identidem reputabamus, me-
 25 rito nullam fidem in uita reperiri, quòd ad
 manes iam, & mortuos odio perfidiæ nostræ
 demigravit. Sic onere uecturæ, simul & aspe-
 ræ uix toti fatigati, tribus comitum deside-
 ratis, istas quas uidetis prædas adueximus.

L. APVEII DE ASINO

Post istum sermonis terminum, poculis aureis 30
 memoriae defunctorum commilitonum, uino
 mero libāt: dehinc canticis quibusdam Mar-
 ti deo blanditi, paululum conquiescunt. Et-
 enim nobis anus illa recens hordeum affa-
 tim, & sine ulla mēsurā largita est, ut equus 35
 quidē meus, tanta copia, & quidem solus po-
 titus saliares se cœnasse cœnas crederet. Ego
 uerō quanquam aliās hordeum tunsum mi-
 nutatim, & diutina refectione uirulentū sem-
 per eferim, rimatus angulum, quo panis reli- 40
 quiae totius multitudinis congestae fuerant,
 fauces diutina fame saucias, & araneantes
 uehementer exerceo. Et ecce nocte promota,
 latrones expurgiti castra commouent, instru-
 ctique uariē, partim gladijs armati, in lemu- 45
 res reformant, concito se gradu proripiunt.
 Nec me tamen instanter ac fortiter mandu-
 cantem, uel somnus imminens impedire po-
 tuit. Et quanquam prius cum essem Lucius,
 unico, uel secundo pane contentus, mensa de- 50
 cederem, tunc uentri tam profundo seruiens,
 iam fermē tertium qualum rumigabam. Huic
 me operi attonitum clara lux oppressit. Tan-
 dem denique asinali uerecundia ductus, aeger
 rimē tamen digrediens, riuulo proximo si- 55
 tim lenio. Nec mora, cum latrones ultro an-
 xij atque solliciti remeāt, nullā quidem pror-
 sus sarcinam, uel omnino licet uilem lacineā

ferētes, sed tantum gladijs, totis manibus, imò
 factionis suæ cunctis uiribus unicam uirgi-
 nem filo liberali, & ut matronatus eius in-
 dicabat, summam eius regionis puellam, me
 5 hercules & asino tali cōcupiscēdā, mœrētem,
 & crines cum ueste sua lacerantem, aduehe-
 bāt. Eam simul intra speluncam, uerbisque,
 quæ dolebat minora facientes, sic alloquun-
 tur: Tu quidem salutis & pudicitiae secura,
 10 breuem patientiam nostro compendio tribue,
 quos ad istam seclatam paupertatis necessitas
 adegit: parentes autem tui de tanto suarum
 diuitiarum cumulo, quanquam satis cupidi,
 tamen sine mora parabunt, scilicet idoneam
 15 sui sanguinis redemptionem. His & his simi-
 libus blateratis, nec quicquam dolor sedatur
 puellæ: quidni, quæ inter genua sua deposito
 capite sine modo flebat. At illi intro uocatæ
 anui præcipiunt, assidens eam blando quātū
 20 posset solaretur alloquio, seq; ad seclatæ sueta
 cōferre. Nec tamē puella quiuit ullis aniculæ
 sermōibus ab inceptis fletibus auocari: sed al-
 tius eiulans sese, & assiduis singultibus ilia
 quatiēs, mihi etiā lachrymas excussit. At sic,
 25 An ego (inquit) misera tali domo, tāta fami-
 lia, tā caris uernulis, tā sanctis parētibus deso-
 lata, & infelicitis rapinæ præda, & mæcipiū ef-
 fecta, iq; isto saxeo carcere seruiliter clausa, &
 omnibus delitijs, queis innata atq; innutrita

sim priuata, sub incerta salutis, & carnifici- 30
 næ laniena, inter tot ac taleis latrones, &
 horrendum gladiatorum populum, uel fletum
 desinere, uel omnino uiuere potero? Lam éta-
 ta sic, & animi dolore, & faucium tendore,
 & corporis lassitudine iam fatigata, marcen- 35
 teis oculos dimisit ad soporem. Iam commo-
 dum conuiuerat. Nec diu cum repente lym-
 phatico ritu somno recussa, longeq; uehemen-
 tius affligtare sese, & pectus etiā palmis in-
 festis tundere, & faciem illā luculentam uer 40
 berare incepit, & aniculæ quanquā instan-
 tissimè causas noui, & instaurati mœroris re-
 quirēti, sic ad suspirans altius insit: Hem nūc
 certè, nūc maximè funditus perij, nunc spei
 salutiferæ renunciaui, laqueus, aut gladius, 45
 aut certè præcipitium proculdubio capeffen-
 dum est. Ad hæc anus iratior, dicere eam sæ-
 uiore iam uultu iubebat, quod malum fle-
 ret, uel quid repente postliminio pressæ quie-
 tis lamentationes licentiosas refricaret. Nimi 50
 rum (inquit) tanto cōpendio tuæ redemptio-
 nis defraudare iuuenes meos destinas? Quod
 si pergis ulterius, iam faxo lachrymis istis,
 quas paruipendere latrones cōsueuere, in sup-
 habitis, uiua exurere. Tali puella sermone de 55
 territa, manūq; eius exosculata: Parce (iquit)
 mi parēs, & durissimo casui meo, pietatis hu-
 manæ memor, subsiste paululum. Nec enim ut

reor æuo longiore, maturè tibi in ista sancta
 canicie miseratio prorsus exaruit. specta de-
 niq; scenam meæ calamitatis: speciosus ado-
 lescens inter suos principalis, quem filiū pu-
 blicū omnes sibi ciuitas cooptauit, meus alto-
 quin consobrinus, tantulo triennio maior in
 ætate, qui mecum primis ab annis nutritus,
 & adultus indiuiduo cõtubernio domuscu-
 læ, imò uerò cubiculi, thoriq;, sanctæ charita-
 10 tis affectione mutuo mihi pignoratus, uotisq;
 nuptialibus pacto iugali pridem destinatus
 consensu parentum, tabulis etiã maritus nū-
 cupatus ad nuptias officio frequenti cognā-
 torum & affiniū stipatus, templis & ædibus
 15 publicis uictimas immolabat, domus tota lau-
 ris obsita, tedis lucida cõstrepebat hymenæū.
 Tunc me gremio suo mater infelix tolerans,
 mundo nuptiali decenter ornabat, mellitissq;
 suauis crebriter ingestis, iam spe futura libe-
 20 rorum uotis anxijs propagabat, cum irru-
 ptionis subitæ gladiatorum impetus ad belli
 faciem sæuiens, nudis, & incertis mucronibus
 coruscans, non cædi, non rapinæ manus affe-
 runt, sed densa, cõglobatõq; cuneo cubiculum
 25 nostrū inuadūt protinus: nec ullo de familia-
 ribus nostris repugnāte, ac ne tantillū quidē
 resistente, miserā exanimē sæuo pauore, tre-
 pido, de medio matris gremio rapuere. sic in-
 star Athracidis uel Pirithoi despectæ, distur-
 b. i.

L. APVLEII DE ASINO

bataq; nuptiæ: sed ecce sæuissimum omniū 30
 nunc etiam redintegratur, imò uerò cumula-
 tur infortunium meū. Nam uisa sum mihi de
 domo, de thalamo, de cubiculo, de thoro deni-
 que ipso uiolenter extracta, per solitudines a-
 uias, infortunatissimi mariti nomē inuocare, 35
 eumq; ut primum meis amplexibus uiduatus
 est, adhuc unguentis madidū, coronis floridū
 consequi uestigio me pedibus fugientem alie-
 nis. Vtq; clamore percito formosæ raptū uxo-
 ris conquerens, populi testatur auxilium, qui, 40
 dam de latronibus importunè persecutionis
 indignatione permotus, saxo grandi pro pedi-
 bus abrepto, missū iuuenē maritū meū per-
 cussum interemit. Talis aspectus atrocitate
 perterrita, somno funesto pauēs excussa sum. 45
 Tunc fletibus eius adsuspirans anus, sic in-
 cipit: Bono animo esto mea Herilis, nec uanis
 somniorū figmentis terreare. Nam præter q̃
 diurnæ quietis imagines falsæ perhibētur, tū
 etiā nocturnæ uisiones cōtrarios euētus nō- 50
 nunq̃ pronunciant. Deniq; flere, & uapulare,
 & nonnūq̃ iugulari, lucrosum, prosperūq;
 prouētum nunciant: cōtrā ridere, & mellitis
 dulciolis uentrem saginare, uel in uoluptatem
 ueneriā cōuenire, tristitiæ animi, langori cor- 55
 poris, damnisq; cæteris anxiatum iri prædi-
 cant. sed ego te narrationibus lepidis, anili-
 búsque fabulis protinus euocabo. Et incipit,

Erāt in quadā ciuitate rex, & regina. hi treis
 numero filias, forma conspicuas habuere: sed
 maiores quidem natu, quauis gratissima spe
 cie idoneæ, tamē celebrari posse laudibus hu
 5 manis credebantur. At uerò puellæ iunioris
 tam præcipua, tam præclara pulchritudo nec
 exprimi, ac ne sufficienter quidē laudari ser
 monis humani penuria poterat. Multi deniq;
 ciuiū, & aduenæ copiosi, quos eximij spectu
 10 culi rumor studiosa celebritate congregabat,
 inaccessæ formositatis admiratiōe stupidi, &
 admoventes oribus suis dexteram, priore di
 gito in erectum pollicem residente, ut ipsam
 prorsus deam Venerem religiosis adorationi
 15 bus uenerabātur. Iamq; proximas ciuitates,
 & attiguas regiones fama peruaferat, deā,
 quam cærulū profundum pelagi peperit, &
 ros spumantium fluctuum educauit, iam nu
 minis sui passim tributa uenia, in medijs con
 20 uersari populi cœtibus: uel certè rursum nomo
 celestium stellarum germine non maria, sed
 terras Venerem aliam uirginali flore prædi
 tam pullulasse. sic immēsum procedit indies
 opinio, sic insulas iā proximas, & terræ plus
 25 culum, prouinciāsq; plurimas fama porrecta
 peruagatur. Iā multi mortaliū longis itineri
 bus, atq; altissimis maris meatibus, ad sæcu
 li specimen gloriosum cōfluebant: Paphū ne
 mo, Gnidū nemo, ac ne ipsa sacra quidem Ci
 b. ij.

L. APVLEII DE ASINO

thera ad conspectū deæ Veneris nauigabāt. 30
 sacra deæ pferuntur, tēpla deformantur, pul-
 uinaria pferuntur, cerimonie negligūtur, in-
 coronata simulacra, & aræ uiduæ frigido ci-
 nere foedatæ. Puellæ supplicatur, & in huma-
 nis uultibus, deæ tantæ numina placātur, & 35
 in matutino progressu uirginis, uictimis &
 epulis Veneris absentis nomen propitiatur.
 Iamq; per plateas cōmeantem populi frequē-
 ter floribus fertis, & solutis adprecātur. Hic
 honorū celestīū ad puellæ mortalis cultū im 40
 modica trāslatio, ueræ Veneris uehēmēter in-
 cendit animos, & impatiēs indignationis, ca-
 pito quassanti fremens altius, sic secū disse-
 rit: En rerū naturæ prisca parens, en elemēto-
 rum origo initialis, en orbis totius alma Ve- 45
 nus, quæ cū mortali puella partiaro maiesta-
 tis honore tractor, & nomē meū cælo cōditū
 terrenis sordibus prophanatur. Nimirū com-
 muni numinis piāmēto uicariæ uenerationis
 incertū sustinebo, & imaginē meā circumse- 50
 ret puella moritura. Frustra me pastor ille, cu-
 ius iustitiā, fidēmq; magnus cōprobauit Iupi-
 ter, ob eximiā speciē tantis prætulit deabus.
 sed nō aded gaudens ista, quæcunq; est, meos
 honores usurpauit, iā faxo huius etiā ipsius 55
 illicitæ formositatis pœniteat. Et uocat cōfestū
 puerū suū, pinnatū illū, & satis temerarium,
 qui malis suis moribus contempta disciplina

publica, flammis & sagittis armatus, per alie
 nas domos nocte discurrens, & omnium matri-
 monia corrumpens, impunè cōmittit tāta fla-
 gitia, & nihil prorsus boni facit. Hunc quanq̃
 5 genuina licētia proacē, uerbis quoq; in super
 stimulat, perducit ad illam ciuitatem, & Psy-
 chen (hoc enim nomine puella nūcupabatur)
 coram ostendit, & tota illa perlata de formo-
 sitatis æmulatione fabula, gemens, ac fremēs
 10 indignatiōe, Per ego te (inquit) maternæ cha-
 ritatis fœdera deprecor, per tuæ sagittæ dul-
 cia uulnera, per flammæ istius mellitas uredi-
 nes, uindictam tuæ parētī, sed plenam tribue,
 & in pulchritudinem contumacem reueren-
 15 ter uindicta, idq; unum, & præ omnibus uni-
 cum uolens effice. Virgo ista amore flagran-
 tissimo teneatur hominis extremi, quem &
 dignitatis, & patrimonij, simul & incolumi-
 tatis ipsius fortuna dānauit, tamq; infirmi,
 20 ut per totū orbem non inueniat miseriæ suæ
 cōparem. Sic effata & osculis hiantibus filiū
 diu ac pressule suauitata, p̃ximas oras reflui
 litoris petit, plantisque roseis uibrantium flu-
 etuum summum rorem calcauit. Ecce iam pro
 25 fundi maris udo resedit uertice, & ipsum
 quod incipit uelle, statim quasi pridem præ-
 æperit, non moratur marinum obsequiū. Ad-
 sunt Nerei filiæ chorum canentes, & Portū-
 nus cæruleis barbis hispidus, & grauis, pisco-
 h. iij.

fo sinu salacia, auriga paruulus delphini Pa- 30
laemon, iam passim maria persultantes, Tritonum
cateruæ. Hic cōcha sonaci leniter buccinat, ille serico tegmine
flagrantia solis obsistit inimici, alius sub oculis dominae speculū
prægerit, currus biges alij subnatāt. Talis ad 35
Oceanum pergentē Venerē conitatur exercitus. Interea Psyche cū sua sibi perspicua pulchritudine,
nullum decoris sui fructum percipit, spectatur ab omnibus,
laudatur ab omnibus, nec quisquam non rex, nō regius, nec de 40
plebe saltem, cupiens eius nuptiarum petitor, accedit. Mirantur quidem diuinā speciem, sed
ut simulacrū fabrē politū mirantur omnes. Olim duæ maiores
sorores, quarum tempera, tam formositatem nulli diffamarant populi, 45
procis regibus desponsæ, iam beatas nuptias adeptæ. Sed Psyche uirgo uidua domi residēs,
deflet desertam suam solitudinē, ægra corporis, animi faucia: & quanuis gentibus totis
complacitam, odit in se suā formositatem. Sed 50
infortunatissimæ filia miserrimus pater suspectatis cælestibus odijs, & iræ superum
metuens, dei Milesij uetustissimum percontatur oraculum: & tanto numine precibus
& uictimis ingratae uirgini petit nuptias & 55
maritum. Sed Apollo quanquam Græcus & Ionicus propter Milesiæ conditorem, sic Latina
sorte respondit:

Montis in excelsi scopulo desiste puellam,
 Ornatam mundo funerei thalami.
 Nec speres generum mortali stirpe creatum,
 Sed sævum, atq; ferum, uipereúmque malū,
 5 Qui pinnis uolitās, sup̄ æthera cūcta fatigat,
 Flammāq; & ferro singula debilitat.
 Quē tremuit ip̄e Iouis, quo num̄ia terrificātur,
 Fluminaq; horrescunt, & stygiæ tenebræ.
 Rex olim beatus affatu sanctæ uaticinatio-
 10 nis accepto, piger, tristisq; retrō domum per-
 git, suæq; coniugi præcepta sortis enodat in-
 faustæ: mœretur, fletur, lamentatur diebus
 plusculis, sed diræ sortis iam urget tetri effe-
 ctus. Iam feralium nuptiarū miserrimæ uir-
 15 gini choragium struitur, iam tedæ lumen a-
 træ fuliginis cinerem arcescit, & sonus tibiæ
 Tygiæ mutatur in querulum. Lydij modum,
 cantusq; lætus Hymænei, lugubri finitur ulu-
 latu, & puella nuptura, deterget lachrymas
 20 ipsa suo flammeo. sic affectæ domus triste fa-
 tum, cuncta etiam ciuitas congemebat, lu-
 ctuque publico confestim congruens edicitur
 iusticiū. sed monitis cælestibus parendi ne-
 cessitas, misellā Psyche ad destinatam poenā
 25 efflagitabat. Perfectis igitur feralis thalami
 cum summo mœrore solennibus, toto prose-
 quente populo, uiuum producitur funus, &
 lachrymosa Psyche comitatur; non nuptias,
 sed exequias suas. Ac dum mœsti parentes,
 b.iiij.

Et tanto malo perciti, nephariū facinus per- 30
 ficere contantur, ipsa illa filia talibus eos ad-
 hortatur uocibus: Quid infelicē senectam fle-
 tu diutino cruciatis? quid spiritum uestrū, qui
 magis meus est, crebris eiulatibus fatigatis?
 quid lachrymis inefficacibus ora mihi uene- 35
 randa sœdatis? quid laceratis in uestris oculis
 mea lumina? quid caniciem scinditis? quid pe-
 ctora? quid ubera sancta tunditis? Hic erunt
 uobis egregiæ meæ formositatis præclara
 præmia, inuidiæ nephariæ lethali plaga per- 40
 cussi serò sentitis. Cum gens et populi cele-
 brarent nos diuinis honoribus, cum nouam
 me Venerem ore consono nuncuparent, tunc
 dolere, tunc flere, tunc me iam quasi perem-
 ptam lugere debuistis. Iam sentio, iam uideo 45
 solum me nomine Veneris perisse. Ducite me, et
 cui fors addixit scopulo sistite. Festino felices
 istas nuptias obire, festino generosum illū ma-
 ritum meum uidere. Quid differo? quid detre-
 cto uenientem, qui totius orbis exitio natus 50
 est? sic profata uirgo conticuit, ingressūque iam
 ualido popæ populi prosequētis sese miscuit.
 Itur ad constitutum scopulum montis ardui,
 cuius in summo cacumine statutam puellam
 euncti deferentes, tedasque nuptiales quibus 55
 præluxerant ibidem lachrymis suis extin-
 ctas relinquentes, deiectis capitibus domui-
 tionem parant. Et miseri quidem parentes

eius tanta clade defessi, clausæ domus abstru-
si tenebris perpetuæ nocti sese dedidere. Psy-
chen autem pauentem ac trepidam, & in ipso
scopuli uertice deflentem, mitis aura molliter
5 spirantis Zephyri uibratis hinc inde lacinijs,
& reflato sinu sensim leuatam suo tràquillo
spiritu uebens, paulatim per deuexa excelsæ
uallis subditæ florentis æspitis gremio leni-
ter delapsam reclinat.

10 Argumentum quinti libri.

Hic quintus liber continet Psyches domici-
lium, Cupidinis amorem, sororum Psyches ui-
sitationem, earundem subsequitur inuidia, cu-
ius impulsu Psyche credula maritum Cupidi-
15 nem uulnuscule percutit. Ex quo deuoluta è
culmine beatitatis fit ærumnosa, quam Ve-
nus infesta atrociter exagitat. Tandem post
multiplices exhaustas ærumnas fit coniunx
sui Cupidinis, nuptiæ celebrantur in cælo in-
ter cælicolas.

L. APVLEII MA-
DAVRENSIS PHILOSO-
PHI PLATONICI, DE ASI-
NO AVREO LIBER
QVINTVS.



syche teneris, & her 20
 bos locis, i ipso tho
 ro roscidi graminis
 suaue recubans, tan
 ta mentis perturba-
 tione sedata, dulce 25
 conquieuit. Iamque
 sufficienti recreata
 somno, placido resurgit animo. Videt lucum
 proceris & uastis arboribus consitum: uidet
 fontem uitreo latice perlucidū, medio luci me- 30
 ditullio. Propè fontis adlapsū domus regia
 est, ædificata non humanis manibus sed diui-
 nis artibus. Iam scies ab introitu primo dei
 cuiuspiam luculentum & amœnum uidere te
 diuersorium. Nam summa laquearia citro, & 35
 ebore curiosè cauata subeūt aureæ columnæ,
 parietes omnes argenteo cælamine contegim-
 tur, bestijs & id genus pecudibus occurrenti-
 bus ob os introeuntium. Mirus prorsum ma-
 gnæ artis homo, imò semideus, uel certè deus, 40
 qui magnæ artis subtilitate tātū effigiauit ar-
 gētū. Enimvero pauimēta ipsa lapide pretioso

cæsim diminuto in uaria picturæ genera discriminantur uehementer . Iterum ac sæpius beatos illos, qui super gēmas & monilia calcant. Iam cæteræ partes lōgè, latèq; dispositæ
5 domus, sine pretio pretiosæ, totiq; parietes solidati massis aureis, splendore proprio coruscant, ut diem suū sibi domus faciat, licet sole nolēte. sic cubicula, sic porticus, sic ipsæ ualvæ fulgurant . Nec secius opes cæteræ maiestati
10 domus respondent , ut equidē illud rectè uideatur, ad cōuersionē humanā, magno Ioui fabricatū cæleste palatiū. Inuitata Psychetaliū locorū oblectatiōe ppius accessit, & paulo fidentior intra limen sese facit. Mox perle
15 tante studio pulcherrimæ uisionis , miratur singula, & altrinsecus ædiū horrea , sublimi fabricæ perfectæ, magnisq; cōgesta gaxīs conspicit. Nec est quicq; quod ibi non est. sed præter cæteram tantarum diuitiarum admiratio
20 nē, hoc erat præcipuè mirificum, quòd nullo uinculo, nullo claustro, nullo custode, totius orbis thesaurus ille muniebatur. Hic ei summa cum uoluptate uisenti, offert sese uox quædā corporis sui nuda: Et quid (inquit) domina tā
25 tis obstupefcis opibus ? Tua sunt hic omnia. Proin cubiculo te refer , & lectulo lassitudinē resoue, & ex arbitrio lacacrū pete: nos q̄rū uoces accipis, tuæ famulæ, sedulò tibi præministrabimus, nec corpus curatæ tibi rega-

les epulæ morabuntur. sensit Psyche diuinæ 30
 providentiæ beatitudinem, monitûsque uoces
 informes audiens, & prius somno, & mox la-
 uacro fatigationem sui diluit: uisq; statim
 proximo semicrotundo, suggestum propter, in-
 strumentum cœnatorium rata refectui suo, cō. 35
 modum libens accumbit, & illico uini necta-
 rei, eduliûmq; uariorum fercula copiosa nul-
 lo seruiente, sed tantum spiritu quodam im-
 pulsa subministrantur. Nec quenquam tamen
 illa uidere poterat, sed uerba tantum audie- 40
 bat excidentia, & solas uoces famulas habe-
 bat. Post opimas dapeis quidam introcessit;
 & cantauit inuisus, & alius cithara pulsauit
 quæ uidebatur nec ipsa. Tunc modulatæ mul-
 titudinis conferta uox aures eius affertur, ut 45
 quanuis hominum nemo pareret, chorus ta-
 men esse pateret. Finitis uoluptatibus, uespe-
 ra suadente, concedit Psyche cubitum. Iamque
 prouecta nocte, & clemens quidam sonus au-
 reis eius accedit. Tunc uirginitati suæ pro tan 50
 ta solitudine metuens & pauet, & horrescit,
 & quouis malo plus timet quod ignorat.
 Iamq; aderat ignobilis maritus, & thorum
 inscēderat, & uxorem sibi Psychen fecerat, &
 ante lucis exortum properè discesserat. Sta- 55
 tim uoces cubiculo præstolatæ, nouam nuptā
 interfectæ uirginitatis curant. Hic diutino tē-
 pore sic agebatur. Atq; ut est natura redditū;

novitas per assiduam consuetudinem delecta
tionem eius commendarat: & sonus uocis in-
certæ solitudinis erat solatium. Interea parē
tes eius indefesso luctu, atq; mœrore consene-
5 scēbant, latiusq; porrecta fama. sorores illæ
maiores cuncta cognorant, properēq; mœstæ
atq; lugubres, deserto lare, certatim ad paren-
tum suorum conspectum, affatūmq; perrexe-
rant. Ea nocte ad suam Psychen sic inquit mari
10 tus (nanq; præter oculos, & manibus & au-
ribus sentiebatur) Psyche dulcissima, & ca-
ra uxor, exitiabile tibi periculū minatur for-
tuna sæuior, quod observādum pressiore cau-
tela censeo. Sorores iam tuæ mortis opinione
15 turbatæ, tuūmq; uestigium requirentes, sco-
pulum istum protinus adiere: quarū si quas
fortè lamentationes acceperis, neq; responde-
as, imò nec prospicias omnino. Cæterū mi-
hi quidem grauissimum dolorē, tibi uerò sum
20 mum creabis exitium. Annuit, & ex arbitrio
mariti, se facturam spopōdit. sed eo simul cū
nocte dilapso, diem totum lachrymis ac plan-
goribus misella consumit, se nunc maxime
prorsus perisse iterans, quæ beati carceris cu-
25 stodia septa, & humanæ conuersationis collo-
quio uiduata, ne sororibus quidem suis de se
mœrētibus opem salutarem ferre, at ne uide-
re eas quidē omnino posset. Nec lauacro, nec
eibo, nec ulla deniq; refectioe recreata, flens

ubertim decessit ad somnum. Nec mora, cum 30
 paulo maturius lectū maritus accubās, eām.
 q; etiam nunc lachrymantem complexus, sic
 expostulat: Hiccinē mihi pollicēbare Psyche.
 mea? quid iam de te tuus maritus expecto?
 quid spero? & perdia, & pnox, nec inter am. 35
 plexus coniugales desinis cruciatus? Age iam
 nunc ut uoles, & animo tuo damnoſa poſcen
 ti pareto: tamen memineris meæ ſeriæ moni
 tionis, cum coeperis ſero poenitere. Tunc illa
 precibus, & dum ſe morituram cōminatur, 40
 extorquet à marito, cupitis ānuat, ut ſorores
 uideat, luētus mulceat, ora conferat. ſic illæ
 nouæ nuptæ precibus ueniam tribuit, & in ſu
 per quibuſcunq; uellet eas auri, uel moniliū
 donare conceſſit: ſed identidem monuit, ac ſæ 45
 pe terruit, ne quando ſororum pernicioſo cō
 ſilio ſuaſa, de forma mariti quærat: nēue ſe ſa
 crilega curioſitate, de tāto fortunarū ſugge
 ſtu peſſum deſiciat, nec ſuū poſtea contingat
 amplexum. Gratias egit marito, iām q; lætior 50
 animo: ſed prius (inquit) ſenties moriar, q̃
 tuo iſto dulciſſimo cōnubio careā. Amo enim
 & effliētū te quicūq; es diligo, atq; ut meū
 ſpiritū, nec ipſi Cupidini cōparo: ſed illud etiā
 precibus meis oro largire, & illi tuo famulo 55
 præcipe Zephyro, ſimili uectura ſorores hic
 mihi ſiſtat. Et iprimēs oſcula ſuaſoria, & in
 gerēs uerba mulcētia, & iungēs mēbra cōhi

bentia, hic etiā blanditijs astruit: Mi mellite,
 mi marite, tuæ psyches dulcis aīa, ui ac pote-
 state Veneris usurus. Inuitus succūbit mari-
 tus, & cūcta se facturū spopōdit. Atq; etiā luæ
 5 p̄ximāte, de manibus uxoris euauit. At illæ
 sorores p̄contatæ scopulū, locūq; illū quo fue-
 rat Psyche deserta, festinātes adueniūt. Ibiq;
 deflebāt oculos, & plāgebāt ubera, quoad cre-
 bris eorū eiulatibus, saxa, cautēsq; parilē sonū
 10 resultarēt. Iāq; nomine p̄prio sororē miserā
 ciebat, quoad sono penetrabili uocis ululabi-
 lis per p̄na delapsæ, amēs & trepida Psyche
 p̄currit ē domo. Et quid (inqt) uos miseris la-
 mētationibus nequicq̄ affligitis? quā lugetis?
 15 Adsum, lugubres uoces desinite, & diutinis la-
 chrymis madēteis genas siccate: tādē quippe,
 cū iam possitis, quā plāgebatis amplecti. Tūc
 uocatū Zephyrū præcepti maritalis āmonet.
 Nec mora, cū ille parēs imperio statim clemē-
 20 tissimis flatibus innoxia uectura deportat il-
 las. Iam mutuis amplexibus, & festinātibus
 suauij sēsē perfruūtur, & illæ sedatæ lachry-
 mæ postliminio redeunt prolestante gaudio.
 sed & tectum (inqt) & larem nostrum læ-
 25 tæ succedite, & afflictas animas cum Psyche
 uestra recreate. sic allocuta summas opeis do-
 mus aureæ, locūque seruientium populo-
 sam familiā auribus earū, lauacrōq; pulcher-
 rimo, & inhumanæ mensæ lautitijs eas opi-

parè reficit, ut illarum prorsus cælestium di- 30
 uitiarum copijs affluentibus satiata, iam præ
 cordijs penitus nutrent inuidiam. Denique
 altera earum, satis scrupulose, curioseq; per-
 contari non desinit, quis illarum cælestiu do-
 minus, quisue uel qualis ipsius sit maritus. 35
 Nec tamen Psyche coniugale illud præceptū
 ullo pacto temerat, uel pectoris arcanis exi-
 git: sed è re nata confingit esse iuuenem quē-
 dam, & speciosum, commodum lano so barbi-
 tio genas inumbrante, plerumque rurestribus 40
 & montanis uenatibus occupatum. Et nequa
 sermonis præcedētis labe consilium tacitum
 proderetur, auro facto, gemmosi q; monilibus
 onustas eas statim uocato Zephyro tradit re-
 portandas. Quo protinus perpetrato, sorores 45
 egregiæ domum redeuntes, iamq; gliscentis
 inuidiæ felle flagrantes, multa secum sermo-
 nibus mutuis perstrebebant. sic deniq; insit
 altera: En orba, & sæua & iniqua fortuna,
 hiccine tibi cōplacuit, ut utroq; parente pro- 50
 gnata, diuersam sortem sustineremus? Et nos
 quidem, quæ natu maiores sumus, maritis ad-
 uenis, ancillæ deditæ, extorres & lare, & ip-
 sa patria degamus, longè parentum uelut ex-
 ulantes? Hic autem nouissima, quam foetu sa- 55
 tiente postrenus partus effudit, tātis opibus,
 & deo marito potita, quæ nec uti rectè tan-
 ta bonorum copia nouit. Vidisti soror quanta

in domo iacent, & qualia monilia, quæ præsentent uestes, quæ splendent gemmæ, quântum præterea passim calcatur aurum. Quod si maritum etiã tam formosum tenet ut affirmat, nulla nunc in orbe toto felicior uiuit. Fortassis tamen procedente consuetudine, & affectione roborata, deam quoq; illam deus maritus efficit. sic est hercules, sic se gerebat, ferebatq;.

Iam iam sursum respicit, & deam spirat mulier, quæ uoces ancillas habet, & uentis ipsa imperat. At ego misera primùm, patre meo senioremaritū sortita sum, dein cucurbita caluiorem, & quouis puero pusilliozem, cum etiam donum seris & catenis obditam custodientem. suscipit alia, Ego uerò maritum articulari etiam morbo complicatum, curuatūque, ac per hoc rarissimè. Venerem meam recolentem, sustineo, plerunque detortos, & duratos in lapidem digitos eius perfricās

fomentis olidis, & pannis sordidis, & foetidis cataplasmatibus manus tã delicatas istas adurens, nec uxoris officiosam faciem, sed medicæ laboriosam personam sustinēs. Et tu quidem soror uideris quàm patienti, uel potius

seruili, dicam enim liberè quod sentio, hic perferas animo. Enimuero ego nequeo sustinere ulterius tam beatam fortunam collapsam indignè. Recordare enim quàm superbe, quàm arroganter nobiscum egerit, & ipsa iactatio.

i.i.

ne immodicæ ostentationis tumentem suum 30
 prodiderit animum: deque tantis diuitijs exi-
 gua nobis in uita proiecerit, confestimq; præ-
 sentia nostra grauata propelli, & efflari, exi-
 bilariq; nos iusserit. Nec sum mulier, nec om-
 nino spiro, nisi eam pessum de tantis opibus 35
 deiecero. Ac si tibi etiam ut par est, inacuit
 nostra contumelia, consilium ualidum ambæ
 requiramus: iamq; ista quæ ferimus, non pa-
 rentibus nostris, ac nec ulli demōstrenus alijs,
 imò nec omnino quicquam de eius salute no- 40
 rimus: sat est, quod ipsæ uidimus, quæ uidisse
 pœnituit, nedum ut genitoribus & omnibus
 populis tam beatum eius differamus præco-
 nium. Nec sunt enim beati, quorum diuitias
 nemo nouit: sciet se non ancillas, sed sorores 45
 habere maiores. Et nunc quidem concedamus
 ad maritos, & lareis pauperes nostros, sed pla-
 nè sobrios reuisamus. Denique cogitationibus
 pressioribus instructæ ad superbiam punien-
 dā firmiores redeamus. Placet pro bono dua- 50
 bus malis malum consilium. Totisque illis
 tam pretiosis numeribus absconditis, comam
 trahentes, & perinde, ut mœrebantur, ora
 lacerantes, simulatos redintegrant fletus. Ac
 sic parentes quoque redulcerato prorsus do- 55
 lore, raptim deterrentes, uesania turgidæ do-
 nus suas cōtendunt, dolum scelestum, imò ue-
 rò parricidium struentes contra sororem in-

fontem. Interea Psychen maritus ille, quem
nescit, rursus suis illis nocturnis sermionibus,
sic commonet: Vidēsne quantum tibi pericu-
lum uelitur fortuna eminus? Ac nisi longē
5 firmiter praeuies, mox cominus congregie-
tur. Perfidae lupulae magnis conatibus nefari-
as insidias tibi comparant: quarum summa
est, ut te suadeant meos explorare uultus,
quos ut tibi saepe praedixi, non uidebis si ui-
10 deris. Ergo igitur si posthac pessimae illae la-
miae noxijs animis armatae uenerint, ueni-
ent autem scio, neque omnino sermonem con-
feras: & si id tolerare pro genuina simplici-
tate, proque animi tui teneritudine non potue-
15 ris, certe de marito nil quicquam uel audias,
uel respondeas. Nam & familiam nostram iam p-
pagabimus, & hic adhuc infantulus uterus
gestat nobis infantem alium, si texeris nostra se-
creta silentio, diuinum: si prophanaueris, morta-
20 lem nuncio. Psyche laeta florebat, & diuinae so-
bolis solatio plaudebat, & futuri pignoris glo-
ria gestiebat, & materni nominis dignitate
gaudebat: crescentes dies, & mensis exeun-
tes anxia numerat, & sarcinae nescia rudimen-
25 ta miratur, de breui punctulo tantum incre-
mentulum locupletis uteri. Sed iam pestes il-
lae, terribilaeque furiae, anhelantes uipereum ui-
rus, & festinantes impia celeritate nauigabant.
Tunc sic iterum momentarius maritus suam
i.ij.

L. APVLEII DE ASINO

Psyche admonet: Dies ultimus, & casus ex- 30
 trenus, & sexus infestus, & sanguis inimi-
 cus iam sumpsit arma, & castra commouit,
 & aciem direxit, & classicum personauit. Iam
 mucrone districto iugulum tuum nefariae tuae
 sorores petunt. Heu quātis urgenur cladibus 35
 Psyche dulcissima, tui, nostriq; miserere, reli-
 giosq; continentia domum, maritum, teq; &
 istum paruulum nostrum imminētis ruinae in-
 fortunio libera: nec illas sceleratas foeminas,
 quas tibi post internecium odium, & calcata 40
 sanguinis foedera, sorores appellare non licet,
 uel uideas, uel audias, cum more Sirenum, sco-
 pulo prominentes, funestis uocibus saxa per-
 sonabunt. suscipit Psyche singultu lachrymo-
 so sermonem insertans: Iamdudum quod sci- 45
 am, fidei atque parciloquii mei perpendisti
 documenta. Nec eo secius approbabitur tibi
 nunc etiam firmitas animi mei, tu modo Ze-
 phyro nostro rursum praecipe, fungatur ob-
 sequio, & in uicem denegatae sacrosanctae i- 50
 maginis tuae, redde saltem conspectum soror-
 um: per istos cinnameos, & undique pen-
 dulos crines tuos, per teneras & tereteis, &
 mei similes genas, per pectus nescio quo ca-
 lore feruidum, sic in hoc saltem paruulo co- 55
 gnoscā faciem tuam, supplicis anxiae pijs
 precibus erogatus, germani complexus in-
 dulge fructum, & tibi deuotae, dicatae que

Psyche animam gaudio recrea. Nec quicquam
 amplius in tuo vultu requiro: iam nihil
 officiunt mihi nec ipsæ nocturnæ tene-
 bræ. Teneo te meum lumen. His uerbis
 5 amplexibus mollibus decantatus maritus, la-
 chrymâsque eius suis crinibus detergens, fa-
 cturum spondit, & præuertit statim lu-
 men nascentis diei. Iugum sororium conspon-
 se factionis, ne parentibus quidem uisis re-
 10 cta de nauibus scopulum petunt illum præ-
 cipiti cum uelocitate, nec uenti ferentis oper-
 tæ præsentiam licetiosa cum temeritate pro-
 filiant in altum. Nec immemor Zephyrus
 regalis edicti, quanuis inuitus, susceptas eas
 15 gremio spirantis auræ solo reddidit. At illæ
 incontatæ, statim conferto uestigio, domum
 penetrant, complexæque suam prædam, soro-
 res nomine mentientes, thesaurumque pe-
 nitus abditæ fraudis uultu læto tegentes sic
 20 adulant: Psyche, non ita ut pridem paruula,
 & ipsa iam mater es, quantum putas boni nõ
 bis geris in ista perula, quantis gaudijs to-
 tam domum hilarabis? nõ nos beatas, quas in-
 fantis aurei nutrimenta lætabunt. Qui si
 25 parentum, ut oportet, pulchritudini respon-
 derit, protinus Cupido nascetur. Sic affe-
 ctione simulata, paulatim sororis inuadunt
 animum, statimque eas lassitudine uicæ se-
 dilibus refotas, & balnearum uaporosis fon-
 i. iij.

L. APVLEII DE ASINO

tibus curatas, pulcherrimè triclinio, mirisque 30
 illis & beatis edulibus atq; tuætis oblectat:
 iubet citharam loqui, psallitur: tibias agere, so
 natur: choros canere, cantatur. quæ nullo præ
 sente cuncta dulcissimis modulis, animos au-
 dientium remulcebant. Nec tamen scælesta- 35
 rum foëminarû nequitia, uel ipsa mellita can-
 tus dulcedine mollita conquieuit, sed ad desti-
 natam fraudium pedicam sermones conferen-
 tes, dissimulanter occipiunt sciscitari, qualis
 ei maritus, & unde natalium sectacula pro- 40
 ueniret. Tunc illa simplicitate nimia pristi-
 ni sermonis oblita, nouum commetum instru-
 it: aitque maritum suum de prouincia maxi-
 ma, magnis pecunijs negociantem, iam medi-
 um cursum ætatis agere, interspersum rara 45
 canicie. Nec in sermone isto tâtillum morata,
 rursum cum opiparis muneribus eas onustas,
 uento so uehiculo reddidit. sed dum Zephyri
 tranquillo spiritu sublimatæ domum rede-
 unt, sic secum altricantes: Quid soror dici- 50
 mus de tam monstroso fatuæ illius menda-
 cio? Tunc adolescens modo florenti lanugine
 barbam instruens, nunc ætate media canden-
 ti canicie lucidus. Quis ille, quem temporis
 modici spatium repentina senectæ reforma- 55
 uit? Nil aliud reperies mi soror, quàm uel
 mendacium istam pessimam foëminam con-
 fingere, uel formam mariti sui nescire, quorû

utrum uerum est opibus istis quàm primùm
 exterminanda est. Quòd si uiri sui faciē igno-
 rat, deo profectò denupsit, & deum nobis
 prægatione ista gerit. Certè si diuini puelli,
 5 quod absit, hic mater audierit, statim me la-
 queo nexili suspendam. Ergo interim ad parē
 tes nostros redeamus, & exordio sermonis hu-
 ius quàm concolores fallacias adtexamus. sic
 inflammata, parentibus fastidienter appella-
 10 tis, & nocte turbatis uigilijs perditæ, matu-
 tino scopulum peruolant: & inde soliti uen-
 tæ præsidio uehementer deuolant, lachrymisque
 pressura palpebrarum coactis hoc astu puel-
 lam appellant: Tu quidam felix, & ipsa tan-
 15 ti mali ignorātia beata, sedes incuriosa peri-
 culi tui. Nos autem quæ peruigili cura rebus
 tuis excubamus, cladibus tuis miserè crucia-
 mur. Pro uero nanq; comperimus, nec te sociæ
 scilicet doloris, casusq; tui celare possumus, im-
 20 manem colubrum, multinodis uoluminibus
 serpentem ueneno noxio colla sanguinantem,
 hiantem ingluuie profunda, tecum noctibus
 latenter acquiescere. Nunc recordare sortis
 Pythicæ, quæ te trucidæ bestię nuptijs destina-
 25 tam esse clamauit. Et multi coloni, quique cir-
 cumsecus uenantur, & accolæ plurimi uide-
 re eum uespera redeuntem è pastu, proximæ
 que fluminis uadis innatantem: nec diu blan-
 dis alimoniarum obsequijs te saginari omnes
 i. iij.

affirmant : sed cum primùm prægationem 30
 tuam plenus maturauerit uterus , opimio-
 re fructu præditâ deuoraturum. At hic iam
 tua est existimatio, utrum sororibus pro tua
 cara salute sollicitis adsentiri uelis, & decli-
 nata morte nobiscum secunda periculi uiuere, 35
 an sæuissimæ bestiæ sepeliri uisceribus. Quid
 si te ruris huius uocalis solitudo, uel clande-
 stinæ Veneris fœtidi, periculosiq; concubitus,
 & uenenati serpentis amplexus delectant,
 certè piæ sorores nostrū fecerimus. Tunc Psy- 40
 che misella, utpote simplex, & animi tenella,
 rapitur uerborum tam tristiu formidine, ex-
 tra terminum mentis suæ posita, prorsus om-
 nium mariti monitionum, suarūque pro-
 missionum memoriam effudit, & in profun- 45
 dum calamitatis sese præcipitauit: tremēsq;
 & exangui colore lurida, tertiata uerba semi
 animi uocē substreps, sic ad illas ait : Vos
 quidem carissimæ sorores, ut par erat, in offi-
 cio uestræ pietatis permanetis: uerum & il- 50
 li qui talia uobis affirmant, non uidentur
 mihi mendacium fingere. Nec enim unquam
 uiri mei uidi faciem, uel omnino cuiatis sit
 noui : sed tantum nocturnis subaudiens uo-
 cibus, maritum incerti status, & prorsus lu- 55
 cifugam tolero, bestiāq; aliquam rectè di-
 centibus uobis, marito consentio, meq; magno
 pere semper a suis terret aspectibus, malūq;

- grāde de uultus curiositate præminatur. Nūc
 si quam salutarem opē periclitanti sorori ue-
 stræ potestis afferre, iam nunc subsistite: cæ-
 terum incuria sequens prioris prouidentia
 5 beneficia corrumpit. Hunc naetæ iam portis
 patentibus nudatum sororis animum facino-
 rosæ mulieres, ommissis tectæ machinæ latibu-
 lis, descriptis gladijs fraudium, simplicis puel-
 læ pauentes cogitationes inuadūt. sic deniq;
 10 altera: Quoniam nos originis nexus pro tua
 incolumitate periculū quidē nullū ante ocu-
 los habere compellit, uiam, quæ sola deducit
 iter ad salutem diu, diūq; cogitatam, mōstra-
 binus tibi. Nouaculā præacutam ad pulsum
 15 etiā palmulæ lenientis exasperatam tori qua
 parte cubare consuesti, latenter absconde, lu-
 cernāq; concinnē completam oleo, claro lu-
 mine præmicantem, subde aliquo claudētis
 aulæ tegmine. Omnīq; isto apparatu tenacis-
 20 simè dissimulato, postquam sulcatos intrahēs
 gressus cubile solitū conscenderit, iāmque por-
 rectus exordio somni premētis implicitus,
 altum soporem flare cœperit, toro delapsa, ni-
 dōq; uestigio pensilem gradum paulatim mi-
 25 nuens, cæcæ tenebræ custodia liberata lucer-
 na, præclari tui facinoris opportunitatē, de
 luminis consilio mutuare, et ancipiti telo il-
 lo audaciter prius dextera sursum elata, nixu
 quàm ualido noxi serpentis nodum ceruicis

L. APVLEII DE ASINO

Et capitis abscinde . Nec nostrum tibi deerit 30
 subsidium, sed cum primū illius morte salutē
 tibi feceris, anxiae præstolabimur, cunctisque
 istis socijs tecum relatis uotiuus nuptijs, ho-
 minem te iungemus homini. Tali uerborū in-
 cendio flammata uiscera sororis iam prorsus 35
 ardentis deferentes, ipsæ protinus tanti mali
 confinium sibi, etiam eximiæ metuētes, flatus
 alitis impulsu solito porrectæ super scopulū
 illico pernici se fuga proripiunt, statimq; cō-
 scens nauibus abeunt. At Psyche relicta so- 40
 la, nisi q̄ infestis furijs agitata, sola non est,
 æstu pelagi simile mœrendo fluctuat. Et quis
 statuto consilio, Et obstinato animo, iam tum
 facinorosas manus admouens, adhuc incerta
 consilij titubat, multisq; calamitatis suæ dis- 45
 trahitur affectibus: festinat, differt, audet, tre-
 pidat, diffidit, irascitur, Et quod est ultimum
 in eodē corpore odit bestiam, diligit maritū.
 Vespera tamē iam noctem trahente, præcipiti
 festinatiōe nefarij sceleris instruit apparatus. 50
 Nox aderat, Et maritus aderat, primisq; Ve-
 neris prælijs uelitatus altū soporē descēderat.
 Tūc Psyche Et corporis Et animi alioquin in-
 firma, sati tamē sæuitia subministrāte, uiribus
 roboratur, Et plata lucerna Et arrepta noua- 55
 cula, sexū audacia mutauit. sed cū primū lu-
 minis oblatione tori secreta claruerūt, uidet
 omniū ferarū mitissimā, dulcissimāq; bestiā,

ipsum illū cupidinē formosum deū, formose
 cubantē, cuius aspectu lucernæ quoq; lumen
 hilaratū increbuit, & acuminis sacrilegi no-
 uacula prænitebat. At aerò Psyche tanto aspe-
 5 ctu deterrita, & impos animi marcido pallo-
 re defecta, treménsq; decedit i imos poplites:
 & ferrū quærit abscōdere, sed in suo pecto-
 re. quod profecto fecisset, nisi ferrum timore
 tanti flagitij, manibus temerariè delapsū euo-
 10 lasset. Iamq; lassā salute defecta, dum sæpius
 diuini uultus intuetur pulchritudinē, recrea-
 tur animi. Videt capitis aurei geniale cæsa-
 riam, ambrosia tenulētā, ceruices lacteas,
 genāsq; purpureas, pererrātes criniū globos,
 15 decoriter impeditos, alios antè pēdulos, alios
 retrò pēdulos: quorū splēdore nimio fulgurā-
 te, & ipsum lumē lucernæ uacillabat, p hume-
 ros uolatilis dei, pīnæ roscidæ micāti flore cā-
 dicant. Et quis alis quiescētibus, extimæ plu-
 20 mule tenellæ, ac delicatæ, tremulæ resultant-
 tes, inquietè lasciuiūt. Cæterū corpus glabel-
 lum atq; luculentū, & quale peperisse Vene-
 rem nō pœnitet. Ante lectuli pedes iacebat ar-
 cus, & pharetra, & sagittæ magni dei propi-
 25 tia tela. Quæ dū insatiabili animo Psyche satis
 curiosa rimatur, atq; pertractat, & mariti sui
 miratur arma, depromit unā de pharetra sa-
 gittam, & puncto pollicis extremam aciem
 periclitabunda, tremētis etiam nunc articuli

nixu fortiore pupugit altius, ut per summam 30
 cutem rorauerint paruulæ sanguinis rosei
 guttæ. Sic ignara Psyche sponte in Amoris in-
 cidit amorem. Tunc magis magisque cupidine
 flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim in-
 hians, patulis ac petulantibus suauis festinā 35
 ter ingestis, de somni mensura metuebat. sed
 dum bono tanto percita, saucia mente fluctu-
 at, lucerna illa siue perfidia pessima, siue in-
 uidia noxia, siue quoddam tale corpus contingere,
 & quasi basiare & ipsa gestiebat, euomit de 40
 summa luminis sui stillam feruentis olei su-
 per humerum dei dextrum. Hem audax, & te-
 meraria lucerna, & amoris uile ministerium
 ipsum ignis totius deum aduris, cum te scilicet
 amator aliquis ut diutius cupitis etiam no- 45
 te potiretur, primus inuenerit. Sic iniustus
 exiuit deus, uisumque detectæ fidei colluue, pr-
 fus ex oculis & manibus infelicissimæ cōiu-
 gis tacitus auolauit. At Psyche statim resurgē
 tis eius crure dextro manibus ambabus ar- 50
 repto, sublimis euectionis appendix miseran-
 randa, & per nūbilas plagas pēduli comita-
 tus extrema consequia, tandem fessa delabi-
 tur solo. Nec deus amator humi iacentem de-
 ferens, inuolauit proximam cupressum: de- 55
 eius alto acumine, sic eam grauiter cōmotus
 affatur: Ego quidem simplicissima Psyche pa-
 rentis meæ Veneris præceptorum immemor,

- quæ te miseri, extremiq; hominis deuinctâ
 cupidine, infimo matrimonio addici iusserat,
 ipse potius amator aduolauit tibi. sed hic feci
 leuiter scio, & præclarus ille sagittarius ipse,
 5 me telo meo percussisti, & coniugem meâ feci,
 ut bestia scilicet tibi uiderer, & ferro caput
 excideres meum, quod istos amatores tuos ocu-
 los gerit. Hic tibi identidem semper cauenda
 censebam. Hic beniuole remonebâ, sed illæ qui.
 10 dem cõsiliatrices egregiæ tuæ, tam perniciosi
 magisterij dabant actutû mihi pœnas, te ue-
 rò tantum fuga mea puniuero. Et cum ter-
 mino sermonis, pinnis in altû se pripuit. Psy-
 che uerò humi pstrata, & quantû uisu pote-
 15 rat uolatus mariti pspiciens, extremis afflige-
 bat lamentationibus animû. sed ubi remigio
 plumæ, captu maritû proceritas spatij fœerat
 alienû, p pximi fluminis marginē præcipitē
 sese dedit. sed mitis fluuius in honorē dei sci-
 20 licet quicquid ipsas aquas urere cõsueuit, metuens
 sibi, cõfestim eam innoxio uolumine, super ri-
 pam florentem herbis exposuit. Tunc fortē
 Pan deus rusticus iuxta superciliû amnis se-
 debat, cõplexus hic humo Cānam deâ, eamq;
 25 uoculas omnimodas edocens recinere. Proxi-
 me ripam uago pastu lasciuiunt comâ fluuij
 tondentes capellæ, hirtuosus deus sauciâ Psy-
 chen, atq; defectâ, utcumq; casus eius nō in-
 sciis, clemēter ad se uocatâ sic permulcet uer

L. APVLEII DE ASINO

bis leniētibus: Puella scitula, sum quidem ri- 30
 sticanus, & opilio, sed senectutis prolixæ be-
 neficio multis experimētis instructus. Verū
 si recte coniecto, quod profecto prudentes vi-
 ri diuinationē autumant, ab isto titubante, &
 sæpius uacillante uestigio, deq; nimio pallore 35
 corporis, & assiduo suspiratu, imò & ipsis
 mœrentibus oculis tuis, amore nimio laboras.
 Ergo mihi ausculta, nec te rursus præcipitio,
 uel ullo mortis accersito te genere perimas, lu-
 ctum desine, & pone mœrorē, precibúsq; po- 40
 tius cupidinem deorū maximum percole, &
 utpote adolescentem delicatum, luxuriosúmque
 blandis obsequiis pmerere. sic locuto deo pa-
 store, nullóque sermone reddito, sed adorato tā-
 tum numine salutarī, Psyche pergit ire. sed 45
 antequam multum uicē laboranti uestigio per-
 errasset, inscio quodam tramite iam delaben-
 te, accedit quandam ciuitatem, in qua regnū
 maritus unius sororis eius obtinebat. Qua re
 cognita Psyche nunciari præsentiam suam so 50
 rori desiderat. Mox inducta, alternis ample-
 xibus mutuae salutationis expletis, percōtan-
 ti causas aduentus sui, sic incipit: Meministi
 consilium uestrum, scilicet quo mihi suasistis,
 ut bestiam quæ mariti mentito nomine, mecū 55
 quiescebat, prius quàm ingluuie uoraci me
 misellam hauriret, ancipiti nouacula perime-
 rem. sed cum primum ut æq; placuerat, con-

scio lumine uultus eius aspexi, uideo mirū,
 diuinūmq; prorsus spectaculum, ipsum illum
 deae Veneris filium, ipsum inquam Cupidinē
 leni quiete sopitū. Ac dum tanti boni specta-
 5 culo percita, et nimia uoluptatis copia tur-
 bata, fruendi laborare inopia, casu scilicet pes-
 simo, lucerna feruens oleum rebulliuit in eius
 humerum: quo dolore statim somno recussus,
 ubi me ferro, et igni conspexit armatam, Tu
 10 quidē (inquit) ubi istud tam dirum facinus,
 cōfestim toro meo diuorte, tibiq; res tuas habe-
 to: ego uerò sororem tuam, et nomen quo tu
 censeris, aiebat, iam mihi cōfestim arra, atq;
 his nuptijs cōiugabo. Et statim Zephyro prae-
 15 cipit ultra terminos me domus eius efflaret.
 Necdū sermonē Psyche finierat, illa uesanae li-
 bidinis, et inuidiae noxiae stimulis agitata,
 praconcinnato mēdacio fallens maritu, quasi
 de morte parentum aliquid cōperisset, statim
 20 nauem ascendit, et ad illū scopulū protinus
 pergit. Et quis alio uento flante, caeca spe ta-
 men inhians, Accipe me dicens Cupido dignā
 te coniugem, et tu Zephyre suscipe dominā,
 saltu se maximo praecipitem dedit: nec tamē
 25 ad illū locum, uel saltē mortua, peruenire po-
 tuit. Nam per saxa cautium mēbris iactatis,
 atq; dissipatis, et perinde ut merebatur, lac-
 ratis uisceribus suis, alitibus, bestiisq; obuiū
 ferens pabulum, interijt. Nec uindictae sequē-

L. APVEII DE ASINO

tis pœna tardauit, nam Psyche errabūdo rur- 30
 sus gradu peruenit ad ciuitatem aliā, in qua
 pari modo soror morabatur alia. Nec secus,
 & ipsa fallaciæ germanitatis inducta, & in
 sororis sceleratas nuptias æmula festinauit
 ad scopulum, inq; simile mortis exitium æci- 35
 dit. Interim dum Psyche quæstioni Cupidi-
 nis intenta, populos circuibat. At ille uulne-
 re lucernæ dolens, in ipso thalamo matris ia-
 cens ingemebat. Tūc auis peralba illa gauia,
 quæ super fluctus marinos pinnis natat, de- 40
 mergit sese properè ad oceani profundū gre-
 mium. Ibi commodum Venerē lauante na-
 tantēq; propter assistens, indicat adustū fi-
 lium eius graui uulnere, dolore mœrentē, du-
 bium salutis iacere. Iamq; per cūctorum ora 45
 populorum rumoribus, conuitijsq; uarijs om-
 nem Veneris familiam malè audire, quòd ille
 quidem montano scortatu, tu uerò marino na-
 tatu secesseritis. Ac per hoc nō uoluptas illa,
 non gratia, non lepos, sed incompta, & agre- 50
 stia, & horrida cuncta sint: non nuptiæ con-
 iugales, nō amicitie sociales, nō liberūm cha-
 ritates, sed enormis eluuiēs & squalentiū fœ-
 derum insuaue fastidium. Hic illa uerbosa, &
 satis curiosa auis, in auribus Veneris filiū la- 55
 ærans, existimationem ganniebat. At Venus
 irata, solidum exclamat repente: Ergo iam il-
 le bonus filius meus habet amicam aliquam?

promē age tu, quæ sola mihi servis amanter,
 nomen eius quæ puerum ingenuum, & inue-
 stem sollicitavit; siue illa de nympharum po-
 pulo, seu de dearum numero, seu de musarum
 5 choro, uel de mearum Gratiarum ministerio.
 Nec loquax illa conticuit auis, sed Nescio (in-
 quit) domina; puto puellam, si probè memini
 Psyche nomine dicitur, efflicte cupere. Tunc
 indignata Venus exclamauit, Vel maximè
 10 Psyche illam meæ formæ succubam, mei no-
 minis ænulā uerè diligit, nimirum illud in-
 crementum lenam me putauit, cuius mōstra-
 tu puellam illam cognosceret? Hic queritans
 properiter emergit à mari, suūmq; protinus
 15 aureum thalamum petijt, & reperto sicut au-
 dierat ægroto puero, iā inde à foribus quàm
 maximè boans:

Honestā (inquit) hic & natalibus nostris,
 bonæq; tuæ frugi congruentia? Vt primū
 20 quidem tuæ parentis, imò dominæ præcepta
 calcāres, nec sordidis amoribus inimicā meā
 cruciāres, uerū etiam hoc ætatis puer, tuis
 licentiosis, & immaturis iungeres amplexi-
 bus, ut ego nurum scilicet tolerarem inimicā.
 25 sed utiq; præsumis nugo, & corruptor, &
 inamabilis, te solum generosum, nec me iam
 per ætatem posse concipere. Velim ergo scias
 multò te meliorem filium alium genituram,
 imò ut contumeliā magis sentias, aliquē de
 k.i.

L. APVLEII DE ASINO

meis adoptaturam uernulis, eiq; donaturam 30
 istas pinnas, & flammās, & arcum, & ipsas
 sagittas, & omnem meam supellectilem, quā
 tibi non ad hos usus dederā. Nec enim de pa-
 tris tui bonis ad instructionem istam quicquā
 concessum est, sed male prima pueritia indu- 35
 ctus es, & acutās manus habes, & maiores
 tuos irreuerenter pulsasti toties, & ipsam ma-
 trem tuam: me (inquam) ipsam parricida de-
 nudas cotidie: & percussisti saepius, & quasi
 uiduā utiq; contemnis, nec uitricum tuū for- 40
 tissimum illum maximūq; bellatorem me-
 tuis. Quidni, cui saepius in angorem mei pel-
 licatus, puellas propinare consueuisti? sed fa-
 xo te lusus huius poeniteat, & sentias acidas,
 & amaras nuptias istas. sed nunc in risu ha- 45
 bita, quid agam? quōd me cōferam? quibus mo-
 dis stellionem istum cohibeam? Petāne au-
 xilium ab inimica mea sobrietate, quam pro-
 pter huius ipsius luxuriā offendi saepius, aut
 rusticae squalentisq; foeminae colloquiū pror- 50
 sus adhibendum est? Horresco, nec tamen uin-
 dictae solatium tantum spernendum est: illa
 mihi prorsus adhibenda est, nec ulla alia, quae
 castiget asperrimē rugonem istum, pharetrā
 explicet, & sagittas dearmet, arcum denodet, 55
 tedam deflammet, imō & ipsum corpus eius
 acrioribus remedijs coerceat. Tunc iniuriā
 meae litatum crediderim, cū eius comas, quas

istis manibus meis subinde aureo nitore per-
strinxi, deraferim: pinnas, quas meo gremio
nectarei fontis infeci, prætonderim. sic effata
foras sese prapit infesta, & stomachata biles

- 5 Venerias. Sed eã protinus Ceres & Iuno co-
mitantur, uisãmq; uultu tumido, quæsiuere
cur truci supercilio tantam uenustatem mi-
cantium oculorum coërceret. At illa, Oppor-
tunè (inquit) ardenti prorsus isto meo pe-
10 tori uiolentiã scilicet perpetraturæ uenitis.
sed totis oro uestris uiribus Psychen illam fu-
gitiuam, uolaticam mihi requirite. Nec enim
uos utique domus meæ famosa fabula, & nõ
diendi filij mei facta latuerunt. Tunc illæ
15 gnaræ quæ gesta sũt, palpare Veneris iram
sæuientem sic adortæ:

- Quid tale domina deliquit tuus filius, ut
animo peruiacaci uoluptates illius impugnes;
& quam ille diligit, tu quoque perdere ge-
20 stias? Quod autem, oramus, isti crimen, si pu-
ellæ lepidæ libenter arrisit? An ignoras eum
masculum & iuuenem esse, uel certè iam
quot sit annorum oblita es? An quoddã ætatem
portat bellulæ, puer tibi semper uidetur? Ma-
25 ter autem tu, & præterea cordata mulier,
filij tui lusus semper explorabis curiose, &
in eo luxuriem culpabis, & amores reuin-
ces, & tuas arteis, tuasq; delicias in formoso
filio repehendes? Quis autẽ te deũ, quis ho-
k.ij.

Et capitis abscinde. Nec nostrum tibi deerit 30
 subsidium, sed cum primū illius morte salutē
 tibi feceris, anxie præstolabimur, cunctisque
 istis socijs tecum relatis uotuiis nuptijs, ho-
 minem te iungemus homini. Tali uerborū in-
 cendio flammata uiscera sororis iam prorsus 35
 ardentis deferentes, ipsæ protinus tanti mali
 confinium sibi, etiam eximiè metuētes, flatus
 alitis impulsu solito porrectæ super scopulū
 illico pernici se fuga proripiunt, statimq; cō-
 scensis nauibus abeunt. At Psyche relicta so- 40
 la, nisi q̃ infestis furijs agitata, sola non est,
 æstu pelagi simile mœrendo fluctuat. Et quis
 statuto consilio, Et obstinato animo, iam tum
 facinorosas manus admouens, adhuc incerta
 consilij titubat, multisq; calamitatis suæ dis- 45
 trahitur affectibus: festinat, differt, audet, tre-
 pidat, diffidit, irascitur, Et quod est ultimum
 in eodē corpore odit bestiam, diligit maritū.
 Vespera tamē iam noctem trahente, præcipiti
 festinatiōe nefarij sceleris instruit apparatus. 50
 Nox aderat, Et maritus aderat, primisq; Ve-
 neris prælijs uelitatus altū soporē descēderat.
 Tūc Psyche Et corporis Et animi alioquin in-
 firma, fati tamē scuitia subministrāte, uiribus
 roboratur, Et plata lucerna Et arrepta noua- 55
 cula, sexū audacia mutauit. Sed cū primū lu-
 minis oblatione tori secreta claruerūt, uidet
 omniū ferarū mitissimā, dulcissimāq; bestiā,

ipsum illū Cupidinē formosum deū, formosē
 cubantē, cuius aspectu lucernæ quoq; lumen
 hilaratū increbuit, & acuminis sacrilegi no-
 uacula prænitebat. At uerò Psyche tanto aspe-
 5 ctu deterrita, & impos animi marcido pallo
 re defecta, tremēsq; decedit ī imos poplites:
 & ferrū quærit abscondere, sed in suo pecto-
 re. quod profecto fecisset, nisi ferrum timore
 tanti flagitiij, manibus temerariē delapsū euo-
 10 lasset. Iamq; lassā salute defecta, dum sæpius
 diuini uultus intuetur pulchritudinē, recrea-
 tur animi. Videt capitis aurei geniale cæsa-
 rium, ambrosia temulētam, ceruices lacteas,
 genāsq; purpureas, pererrātes criniū globos,
 15 decoriter impeditos, alios antè pēdulos, alios
 retrò pēdulos: quorū splendore nimio fulgurā-
 te, & ipsum lumē lucernæ uacillabat, p hume-
 ros uolatilīs dei, pinæ roscidæ micātī flore cā-
 dicant. Et quis alīs quiescētibus, extimæ plu-
 20 mæ tenellæ, ac delicatæ, tremulæ resultant-
 tes, inquietē lasciuiūt. Cæterū corpus glabel-
 lum atq; luculentū, & quale peperisse Vene-
 rem nō poenitet. Ante lectuli pedes iacebat ar-
 cus, & pharetra, & sagittæ magni dei propi-
 25 tia tela. Quæ dū insatiabili animo Psyche satis
 curiosa rimatur, atq; pertractat, & mariti sui
 miratur arma, depromit unā de pharetra sa-
 gittam, & puncto pollicis extremam aciem
 periclitabunda, tremētis etiam nunc articuli

nixu fortiore pupugit altius, ut per summam 30
 cutem rorauerint paruulæ sanguinis rosei
 guttæ. Sic ignara Psyche sponte in Amoris in-
 cidit amorem. Tunc magis magisque cupidine
 flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim in-
 hians, patulis ac petulantibus suauis festinā 35
 ter ingestis, de somni mensura metuebat. sed
 dum bono tanto percita, saucia mente fluctu-
 at, lucerna illa siue perfidia pessima, siue in-
 uidia noxia, siue quod tale corpus contingere,
 et quasi basiare et ipsa gestiebat, euomuit de 40
 summa luminis sui stillam feruentis olei su-
 per humerū dei dextrum. Hem audax, et te-
 meraria lucerna, et amoris uile ministerium
 ipsum ignis totius deum aduris, cū te scilicet
 amator aliquis ut diutius cupitis etiam no- 45
 te potiretur, primus inuenerit. sic inustus
 exiluit deus, uisq; detectæ fidei colluie, pr-
 fus ex oculis et manibus infelicissimæ cōiu-
 gis tacitus auolauit. At Psyche statim resurgē-
 tis eius crure dextro manibus ambabus ar- 50
 repto, sublimis euectionis appendix miseran-
 randa, et per nūbilas plagas pēduli comita-
 tus extrema consequia, tandem fessa delabi-
 tur solo. Nec deus amator humi iacentem de-
 ferens, inuolauit proximam cupressum: deq; 55
 eius alto cacumine, sic eam grauius cōmotus
 affatur: Ego quidem simplicissima Psyche pa-
 rentis meæ Veneris præceptorū immemor,

- quæ te miseri, extremiq; hominis deuinctâ
 cupidine, infimo matrimonio addici iusserat,
 ipse potius amator aduolauit tibi. sed hic feci
 leuiter scio, & præclarus ille sagittarius ipse,
 5 me telo meo percussisti, & coniugem meâ feci,
 ut bestia scilicet tibi uiderer, & ferro caput
 excideres meum, quod istos amatores tuos ocu-
 los gerit. Hic tibi identidem semper cauenda
 censebam. Hic beniuolè remonebâ, sed illæ qui.
 10 dem cõsiliatrices egregiæ tuæ, tam perniciosi
 magisterij dabunt actutû mihi pœnas, te ue-
 rò tantum fuga mea puniuero. Et cum ter-
 mino sermonis, pinnis in altû se prapuit. Psy-
 che uerò humi pstrata, & quantû uisû pote-
 15 rat uolatus mariti pspiciēs, extremis afflige-
 bat lamentationibus animû. sed ubi remigio
 plumæ, captu maritû proceritas spatij fecerat
 alienû, p pximi fluminis marginē præcipitē
 sese dedit. sed mitis fluuius in honorē dei sci-
 20 licet quiescens ripas aquas urere cõsuevit, metuēs
 sibi, cõfestim eam innoxio uolumine, super ri-
 pam florentem herbis exposuit. Tunc fortè
 Pan deus rusticus iuxta superciliû amnis se-
 debat, cõplexus hic humo Cānam deâ, eamq;
 25 uoculas omnimodas edocens recinere. Proxi-
 me ripam uago pastu lasciuiunt comâ fluuij
 tondentes capellæ, hirtuosus deus faucia Psy-
 chen, atq; defectâ, utcumq; casus eius nō in-
 sciis, clemēter ad se uocatâ sic permulcet uer

bis leniētibus: Puella scitula, sum quidem rī- 30
 sticanus, & opilio, sed senectutis proluxa be-
 neficio multis experimētis instructus. Verūm
 si recte coniecto, quod profecto prudentes ui-
 ri diuinationē autumant, ab isto titubante, &
 sæpius uacillante uestigio, deq; nimio pallore 35
 corporis, & assiduo suspiratu, imò & ipsis
 mœrentibus oculis tuis, amore nimio laboras.
 Ergo mihi ausculta, nec te rursus præcipitio,
 uel ullo mortis accersito te genere perimas, lu-
 ctum desine, & pone mœrorē, precibúsq; po- 40
 tius cupidinem deorū maximum percole, &
 utpote adolescentem delicatum, luxuriosūmq;
 blandis obsequiis pmerere. Sic locuto deo pa-
 store, nullóq; sermone reddito, sed adorato tā-
 tum numine salutare, Psyche pergit ire. sed 45
 antequam multum uiae laboranti uestigio per-
 errasset, inscio quodam tramite iam delaben-
 te, accedit quandam ciuitatem, in qua regnū
 maritus unius sororis eius obtinebat. Qua re
 cognita Psyche nunciari præsentiam suam so 50
 rori desiderat. Mox inducta, alternis ample-
 xibus mutuae salutationis expletis, percōtan-
 ti causas aduentus sui, sic incipit: Meministi
 consilium uestrum, scilicet quo mihi suasistis,
 ut bestiam quæ mariti mentito nomine, mecū 55
 quiescebat, prius quàm ingluuie uoraci me
 misellam hauriret, ancipiti nouacula perime-
 rem. sed cum primum ut æq; placuerat, con-

Scio lumine uultus eius aspexi , uideo mirū,
 diuinūmq; prorsus spectaculum, ipsum illum
 deae Veneris filium, ipsum inquam Cupidinē
 leni quiete sopitū. Ac dum tanti boni specta-
 5 culo percita, & nimia uoluptatis copia tur-
 bata, fruendi laborare inopia, casu scilicet pes-
 simo, lucerna feruēs oleum rebulliuit in eius
 humerum: quo dolore statim somno recussus,
 ubi me ferro, & igni conspexit armatam, Tu
 10 quidē (inquit) ubi istud tam dirum facinus,
 cōfestim toro meo diuorte, tibiq; res tuas habe-
 to: ego uerò sororem tuam, & nomen quo tu
 censeris, aiebat, iam mihi cōfestim arra, atq;
 his nuptijs cōiugabo. Et statim Zephyro prae-
 15 cipit ultra terminos me domus eius efflaret.
 Necdū sermonē Psyche finierat, illa uesanae li-
 bidinis, & inuidiae noxiae stimulis agitata,
 praconcinnato mēdacio fallens maritu, quasi
 de morte parentum aliquid cōperisset, statim
 20 nauem ascendit, & ad illū scopulū protinus
 pergit. Et quis alio uento flante, caeca spe ta-
 men inhians, Accipe me dicens Cupido dignā
 te coniugem, & tu Zephyre suscipe dominā,
 saltu se maximo praecipitem dedit: nec tamē
 25 ad illū locum, uel saltē mortua, peruenire po-
 tuit. Nam per saxa cautium mēbris iactatis,
 atq; dissipatis, & perinde ut merebatur, lace-
 ratis uisceribus suis, alitibus, bestiisq; obuiū
 ferens pabulum, interijt. Nec uindictae sequē-

L. APVEII DE ASINO

tis pœna tardauit, nam Psyche errabūdo rur. 30
 sus gradu peruenit ad ciuitatem aliā, in qua
 pari modo soror morabatur alia. Nec secus,
 & ipsa fallaciæ germanitatis inducta, & in
 sororis sceleratas nuptias æmula festinauit
 ad scopulum, inq; simile mortis exitium æci- 35
 dit. Interim dum Psyche quæsitio[n]i Cupidi-
 nis intentæ, populos circuibat. At ille uulne-
 re lucernæ dolens, in ipso thalamo matris ia-
 cens ingemebat. Tūc auis peralba illa gauia,
 quæ super fluctus marinos pinnis natat, de- 40
 mergit sese properè ad oceani profundū gre-
 mium. Ibi commodum Venerē lauante[m] na-
 tantēq; propter assistens, indicat adustū fi-
 lium eius graui uulnere, dolore moerentē, du-
 bium salutis iacere. Iamq; per cūctorum ora 45
 populorum rumoribus, conuictisq; uarijs om-
 nem Veneris familiam malè audire, quod ille
 quidem montano scortatu, tu uerò marino na-
 tatu secesseritis. Ac per hoc nō uoluptas illa,
 non gratia, non lepos, sed incompta, & agre- 50
 stia, & horrida cuncta sint: non nuptiæ con-
 iugales, nō amicitia[rum] sociales, nō liberūm cha-
 ritates, sed enormis eluuiēs & squalentiū fœ-
 derum insuaue fastidium. Hic illa uerbosa, &
 satis curiosa auis, in auribus Veneris filiū la- 55
 cerans, existimationem ganniebat. At Venus
 irata, solidum exclamat repente: Ergo iam il-
 le bonus filius meus habet amicam aliquam?

promē age tu, quæ sola mihi seruis amanter,
 nomen eius quæ puerum ingenuum, & inue-
 stem sollicitauit, siue illa de nympharum po-
 pulo, seu de dearum numero, seu de musarum
 5 choro, uel de mearum Gratiarum ministerio.
 Nec loquax illa conticuit auis, sed Nescio (in-
 quit) domina, puto puellam, si probè memini
 Psyche nomine dicitur, efflicte cupere. Tunc
 indignata Venus exclamauit, Vel maximè
 10 Psyche illam meæ formæ succubam, mei no-
 minis æmulā uerè diligit, nimirum illud in-
 crementum lenam me putauit, cuius mōstra-
 tu puellam illam cognosceret? Hic queritans
 properiter emergit à mari, suūmq; protinus
 15 aureum thalamum petijt, & reperto sicut au-
 dierat ægroto puero, iā inde à foribus quàm
 maximè boans:

Honestā (inquit) hic & natalibus nostris,
 bonæq; tuæ frugi congruentia? Vt primū
 20 quidem tuæ parentis, imò dominæ præcepta
 calcāres, nec sordidis amoribus inimicā meā
 cruciāres, uerū etiam hoc ætatis puer, tuis
 licentiosus, & immaturis iungeres amplexi-
 bus, ut ego nurum scilicet tolerarem inimicā.
 25 sed utiq; præsumis nugo, & corruptor, &
 inamabilis, te solum generosum, nec me iam
 per ætatem posse concipere. Velim ergo scias
 multò te meliorem filium alium genituram,
 imò ut contumeliā magis sentias, aliquē de
 k.i.

meis adoptaturam uernulis, eiq; donaturam 30
 istas pinnas, & flammās, & arcum, & ipsas
 sagittas, & omnem meam supellectilem, quā
 tibi non ad hos usus dederā. Nec enim de pa-
 tris tui bonis ad instructionem istam quicquā
 concessum est, sed male prima pueritia indu- 35
 ctus es, & acutas manus habes, & maiores
 tuos irreuerenter pulsaſti totiēs, & ipsam ma-
 trem tuam: me (inquam) ipsam parricida de-
 nudas cotidie: & percussisti saepius, & quasi
 uiduā utiq; contemnis, nec uitricum tuū for- 40
 tissimum illum maximūq; bellatorem me-
 tuis. Quidni, cui saepius in angorem mei pel-
 licatus, puellas propinare consueuisti? sed fa-
 xo te lusus huius poeniteat, & sentias acidus,
 & amaras nuptias istas. sed nunc in risu ha- 45
 bita, quid agam? quō me cōferam? quibus mo-
 dis stellionem istum cohibeam? Petāme au-
 xilium ab inimica mea sobrietate, quam pro-
 pter huius ipsius luxuriā offendi saepius, aut
 rusticæ squalentisq; foeminæ colloquiū pror- 50
 fus adhibendum est? Horresco, nec tamen uin-
 dictæ solatium tantum spernendum est: illa
 mihi prorsus adhibenda est, nec ulla alia, quæ
 castiget asperrimè nugonem istum, pharetrā
 explicet, & sagittas dearmet, arcum denodet, 55
 tedam deflammet, imò & ipsum corpus eius
 acrioribus remedijs coerceat. Tunc iniuriæ
 meæ litatum crediderim, cū eius comas, quas

- istis manibus meis subinde aureo nitore per-
strinxi, deraferim: pinnas, quas meo gremio
nectarei fontis infeci, prætonderim. sic effata
foras sese prapit infesta, & stomachata biles
5 Venerias. Sed eã protinus Ceres & Iuno co-
mitantur, uisãmq; uultu tumido, quæsiuere
cur truci supercilio tantam uenustatem mi-
cantium oculorum coërceret. At illa, Oppor-
tunè (inquit) ardenti prorsus isto meo pe-
10 ctori uiolentiã scilicet perpetraturæ uenitis.
sed totis oro uestris uiribus Psychen illam fu-
gitiuam, uolaticam mihi requirite. Nec enim
uos utique domus meæ famosa fabula, & nõ
dicendi filij mei facta latuerunt. Tunc illæ
15 gnaræ quæ gesta sũt, palpare ueneris iram
scuientem sic adortæ:

- Quid tale domina deliquit tuus filius, ut
animo peruiaci uoluptates illius impugnes;
& quam ille diligit, tu quoque perdere ge-
20 stias? Quod autem, oramus, isti crimen, si pu-
ellæ lepidæ libenter arrisit? An ignoras eum
masculum & iuuenem esse, uel certè iam
quot sit annorum oblita es? An quod ætatem
portat bellulæ, puer tibi semper uidetur? Ma-
25 ter autem tu, & præterea cordata mulier,
filij tui lusus semper explorabis curiose, &
in eo luxuriem culpabis, & amores reuin-
ces, & tuas arteis, tuasq; delicias in formoso
filio repehendes? Quis autẽ te deũ, quis ho-
k.ij.

L. APVL. DE ASINO LIB. V.

mimū patietur passim cupidines populis dis- 30
feminantem, cum tuæ donus amores amare
coërceas, & uitiorum muliebrium publicam
præcludas officinam? Sic ille metu sagittarū
patrocinio gratioſo Cupidini, quanuis absen-
ti, blandiebantur. sed Venus indignata, ridi- 35
cule tractari suas iniurias, præuersis illis, al-
tè rursus concito gradu pelago uia capeſſit.

Argumentum libri sexti.

Post anxiam disquisitionem, post Cereris
suasionem, post Iunonis reſragationem, Psy- 40
che ultronea Veneri ſeſe offert. Veneris af-
cenſus in cælum, & nuninum imploratio de-
ſcribitur: eiúſque in Pſychen iuſſa imperio-
ſiſſima memorantur, ut ſcilicet aceruum om-
niſariæ frugis, granis ſeiugatis, ut floccum 45
uelleris pretioſi quæſitum afferret, ut liquo-
rem ſtygium urnula deferret, ut à Proſerpina
pyxidem formoſitate repletam referret. Qui-
bus omnibus diuino adminiculo cōſectis, nu-
bit Pſyche in concilio deorum Cupidini ſuo, 50
celebrantúrque in cælo nuptiæ, ex quo matri-
monio naſcitur Voluptas.

P. L. APVLEII MA-

DAVRENSIS PHILOSOPHI
PLATONICI, DE ASI
NO AVREO LIBER
SEXTVS.



Interea Psyche uarijs
iaetabatur discursib⁹,
dies noctesq; maritue
stigmatibus inquieta,
animo tanto cupidior:
& iratum licet, si non
uxoris blanditijs leni-
re, certè seruilibus pre-
cibus ppitiare. Et prospecto tēplo quodam in
10 ardui montis uertice, vnde autē (inquit) scio,
an istic meus degat dominus? Et illico dirigit
citātū gradū, quē defectū pr̄sus assiduis labo-
ribus spes incitabat, & uotū. Iamq; gnauiter
emēsis celsioribus iugis, puluinaribus sese p-
15 ximam intulit. videt spicas frumentarias in
aeruo, & alias flexibiles in corona, & spicas
hordei uidet. Erāt & falces, & operæ mēso-
riæ modus omnis, sed cūcta passim iacētia, &
incuria cōfusa, & ut solet æstu laborantium
20 manibus proiecta. Hic singula Psyche curioso
diuidit, & discretim remota ritē cōponit, ra-
ta scilicet, nullius dei sana ærimonias negli-
k. iij.

I. APVEII DE ASINO

gete se debere: sed omnium beniuolam miseri-
 cordiam corrogare. Hic eam sollicitè sedulòq;
 curantem Ceres alma deprehendit, & longū 25
 exclamat protinus: Ab Psyche miseranda, to-
 tum per orbē Venus anxia disquisitione tuū
 uestigium furens animi requirit, tēq; ad ex-
 tremum supplicium expetit: & totis numi-
 nis sui uiribus ultionem flagitat. Tu uerò re- 30
 rum mearum tutelam nunc geris, & aliud
 quicquā cogitas nisi de tua salute? Tūc Psy-
 che pedes eius aduoluta, & uberi fletu rigās
 deæ uestigia, humūmq; uerrēs crinibus suis,
 multiingis precibus æditis ueniā postulabat, 35
 Per ego te frugiferam tuam dexteram istam
 deprecor, per latificas messium cerimonias,
 per tacita secreta cistarū, & per famulorum
 tuorum draconum pinnata curricula, & gle-
 bæ siculæ sulcamina, & currum rapacē, & 40
 terram tenacem, & illuminarum Proserpinæ
 nuptiarum demeacula, & luminosarum filiae
 inuentionū remeacula, & cætera quæ silētio
 tegit Eleusis Atticæ sacrariū, miserandæ Psy-
 ches animæ supplicis tuæ subsiste: inter istā 45
 spicarum cōgeriem patere uel pauculos dies
 delitescam, quoad deæ tantæ sæuiēs ira, spa-
 tio temporis mitigetur, uel certè meæ uires
 diutino labore fessæ, quietis interuallo leniā-
 tur. suscipit Ceres, Tuis quidem lachrymosis 50
 precibus & commoueor, & opitulari cupio,

sed cognatæ meæ, cum qua etiam antiquum
 fœdus amicitiaæ colo, bonæ præterea fœmi-
 næ malam gratiam subire nequeo: decede
 itaque istis ædibus protinus, & quod à me
 5 retenta, custoditæque non fueris, optimi con-
 sule. Contra spem suam repulsa Psyche, &
 afflicta duplici mœstitia, iter retrorsum por-
 rigens, & inter subsitæ conuallis subluci-
 dum lucum prospicit fanum solerti fabrica
 10 structū: nec ullā uel dubiam spei melioris uiā
 uolens omittere, sed adire cuiuscunq; dei ue-
 niam, sacratissimis foribus proximat, uidet dona
 speciosa, & lacinias auro literatas ramis ar-
 borum postibusq; suffixas, quæ cū gratia fa-
 15 cti, nomē deæ cui fuerant dicata testabātur.
 Tunc genu nixa, & manibus aram tepentē
 amplexa, deterfis antè lachrymis, sic adpre-
 catur: Magni Iouis germana, & coniuga, siue
 tu sami, quæ querulo partu uagituq; & ali-
 20 monia tua gloriatur, tenes uetusta delubra: si
 ue celsæ Carthaginis, quæ te uirginem uectū-
 ra leonis cælo commeantem percolit, beatas
 sedes frequentas: siue prope ripas Inachi, qui
 te iam nuptam tonantis & reginā dearū me-
 25 morat, inclytis Argiuorū præsides mœnibus,
 quam cunctus oriens Zygiam ueneratur, &
 omnis occidens Lucinā appellat, sis meis ex-
 tremis casibus Iuno sospita, mēque in tantis
 exanclatis laboribus defessam, imminentis
 k iiii.

periculi metu libera : quod sciam, soles præ- 30
 gnātibus periclitantibus ultro subuenire. Ad
 istum modū supplicanti statim sese IUNO cum
 totius sui numinis augusta dignitate præsen-
 tat. Et protinus, Quā uellē (inquit) per fidē
 nutum meū precibus tuis accōmodare, sed cō 35
 tra uoluntatē Veneris, nurus meæ, quā filia
 semp dilexi loco, præstare me pudor nō sinit.
 Tunc etiā legibus quæ seruos alienos profu-
 gos inuitis dominis uetant suscipi, phibeor.
 Isto quoq; fortunæ naufragio Psyche perter- 40
 rita, nec indipisci iam maritū uolatilē quiens,
 tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogita-
 tiones consūluit : Iam quæ possunt alia meis
 ærumnis tētari uel adhiberi subsidia, cui nec
 dearū quidē, quāq; uolentiū, potuerūt pdesse 45
 suffragia? Quò rursum itaq; tātis laqueis in-
 clusa uestigiū porrigā, quibūsq; tectis uel etiā
 tenebris abscondita magnæ Veneris ineuitabi-
 les oculos effugiā? Quin igitur masculū tandē
 sumis animū, & cassæ speculæ renūcias for- 50
 titer, & ultroneam te dominæ tuæ reddis, &
 uel fera modestia sæuiētes impetus eius miti-
 gas? qui scias, an etiā, quē diu quæritas, illic
 in domo matris reperiās? Sic ad dubiū obse-
 quiū, imò ad certū exitiū præparata, princi- 55
 piū futuræ secū meditabatur obsecratiōis. At
 Venus terrenis remedijs inquisitionibus ab-
 nuēs, cælū petit: iubet cōstrui currū, quem ei

Vulcanus subtili fabrica studioſe poliuerat, &
 ante thalami rudimētū, nuptiale munus obta-
 lerat, lunæ tenuantis detrimento cōſpicuum,
 & ipſius auri damno pretioſum. De multis
 5 quæ circa cubiculum dominæ ſtabulant, pro-
 cedunt quatuor candidæ columbæ, & hilariſ
 inceſſibus picta colla torquentes iugum gem-
 meum ſubeunt, ſuſceptaq; domina lætæ ſub-
 uolant: currum deæ proſequentes, gannitu cō
 10 ſtrepenti laſciuiunt paſſeres, & cæteræ quæ
 dulce canticāt aues, melleis modulis ſuaue re-
 ſonantes aduentum deæ pronunciant. Cedūt
 nubes, & cælum filiæ panditur, & ſummus
 æther cum gaudio ſuſcipit deam, nec obuias
 15 aquilas, uel accipitres rapacēs pertimeſcit ma-
 gnæ Veneris canora familia. Tunc ſe protī-
 nus ad regias Iouis arcēs dirigit, & petitu
 ſuperbo Mercurij dei uocalis operæ neceſſari-
 am uſuram poſtulat. Nec renuit Iouis cæru-
 20 lum ſupercilium. Tunc ouans illico comitan-
 te etiam Mercurio, Venus cælo deſceat, eique
 ſolicite ſerit uerba: Frater Arcadi, ſcis nempe
 ſororem tuam Venerē ſine Mercurij præſen-
 tia nil unquam feciſſe: nec te præterit utique,
 25 quanto iam tempore deliteſcentem ancillā ne-
 quiuerim reperire. Nil ergo ſupereſt, quā-
 tuo præconio præmium inueſtigationis pu-
 blicitus ediçere. Fac ergo mandatum matures
 meum, & indicia quibus poſſit cognoſci ma-

L. APVLEII DE ASINO

nifestè designes, ne si quis occultationis illicitæ crimē subierit, ignorantia se possit excusatione defendere. Et simul dicens, libellum ei porrigit, ubi Psyche's nomen continebatur, & cætera. Quo facto, protinus domum secessit. Nec Mercurius omisit obsequiū: nam per omnium ora populorū passim discurrens, sic munda prædicationis munus exequabatur: si quis à fuga retrahere, uel occultam demonstrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psyche, cōueniat retro me-
 tas Murtias Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipsa Venere septē saua suauia, & unum blandientis adpulsum linguæ longè mellitum. Ad hunc modū pronunciante Mercurio, tanti præmij cupido ærtatim omnium mortalium studiū arrexerat. Quæ res nunc uel maximè sustulit Psyche's omnem contationem. Iamq; fores eius domine proximanti, occurrit una de famulatione Veneris, nomine Consuetudo, statimq; quantum maximè potuit exclamat: Tādem ancilla nequissima dominam habere te scire cœpisti? An pro cætera morum tuorum temeritate, istud quoq; nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? sed bene, quod meas potissimum manus incidisti, & inter orci cancos iam ipsos adhæfisti, datura scilicet actutum contumaciæ tantæ pœ

- nas . Et audaciter in capillos eius immissa manu , trahebat eam nequaquam renitentem . Quam ubi primum inductam , oblatamque sibi conspexit Venus , lætissimum cachinnum extollit , & qualem solent furenter irati : caputque quatiens & adscalpēs aurem dexteram : Tandem (inquit) dignata es socrum tuam salutare ? An potius maritum qui uulnere tuo periclitatur , interuifere uenisti ?
- 10 sed esto secura , iam enim excipiam te , ut bonam nurum concedet . Et ubi (inquit) sollicitudo , atque Tristities ancillæ meæ ? Quibus intro uocatis , torquendam tradidit eam . At ille sequentes herile præceptum , Psychen misit
- 15 lam flagellis afflictam , & cæteris tormentis excruciatam , iterum dominæ conspectui reddunt . Tunc rursus sublato risu Venus , Et ecce (inquit) nobis turgidi uentris sui lenocinio commouet miserationem , unde me præclara sobole , auiam beatam scilicet faciat . Felix
- 20 uerò ego , quæ in ipso ætatis meæ flore uocabor auia , & uilis ancillæ filius , nepos ueneris audietur , quāquā inepta ego , frustra filiū dicam . Impares enim nuptiæ , & præterea in
- 25 uilla , sine testibus , & patre non consentiente factæ , legitimæ non possunt uideri . Ac per hoc spurcius iste nascetur , si tamen partum omnino perferre te patiemur . His æditis inuolat in eam , uestemque plurifariam dilori-

L. APVLEII DE ASINO

cat, capillóque discisso, & capite conquassato, 39
 graviter affligit. Et accepto frumento, & hor-
 deo, & milio, & papauere, & ciære, & len-
 te, & faba, cōmixtisque acervatim, confusisque
 in unum glomulū, sic ad illam: Videris enim
 mihi tam deformis ancilla, nullo alio, sed tan 35
 tum sedulo ministerio, amatores tuos prome-
 reri. Iam ergo & ipsa frugem tuam periclita-
 bor, Discerne seminum istorum passiuam cō-
 grem: singulisque granis ritè dispositis, atque
 seiugatis, ante istam vesperam opus expeditū 40
 approbato. Mihi sic assignato tantorum semi-
 num cumulo, ipsa cœnæ nuptiali cōcēssit. Nec
 Psyche manus admolitur incōditæ illi, & in-
 extricabili moli, sed immanitate præcepti con-
 sternata, silens obstupescit. Tunc formicula il 45
 la paruula, atque ruricola, certatim difficulta-
 tis tantæ, laborisque miserta, contubernalis ma-
 gni dei, socrusque sævitiam execrata, discurrens
 gnauiter cōuocat, corrogatque cunctam formi-
 carum accolarum classem. Misere mini terræ 50
 omniparentis agiles alumne, misere mini, &
 Amoris uxori puellæ lepidæ periclitanti, pro-
 pta uelocitate succurrite. Ruunt aliæ, superque
 aliæ, sepedum populorum undæ, summoque
 studio singulæ granatim totum digerunt acer- 55
 uum. Separatimque distributis, diffitisque gene-
 ribus, è conspectu perniciousiter abeunt. Sed ini-
 tio noctis è cōuiuio nuptiali, uino madens, &

flagrans balsama Venus remeat, totumq; re-
 uincta corpus rosis micantibus, uisq; diligē-
 tia niri laboris: Non tuum (inquit) nequis-
 sima, nec tuarum manuum istud opus, sed il-
 5 lius, cui tuo, imò & ipsius malo placuisti. Et
 frusto cibarij panis ei proiecto, cubitum facessit.
 Interim Cupido solus iterioris domus uni-
 ci cubiculi custodia clausus, coërceretur acriter:
 partim ne petulanti luxurie uulnus gra-
 10 uaret, partim ne cum sua cupita conueniret.
 sic ergo distinctis, & sub uno tecto separatis
 amatoribus, tetra nox exanclata. sed aurora
 commodum inequitanti, uocatæ Psyche Venus
 insit talia: Vidēsne illud nemus, quod flu-
 15 uio præterluenti, ripisque longis attenditur,
 cuius imi gurgites uicinum fontem despiciunt?
 Oues ibi nitentes, aurique colore florentes
 incustodito pastu uagantur: inde de comâ
 pretiosi uelleris floccum mihi cōfestim quo-
 20 quo modo quæsitum afferas censeo. Perrexit
 Psyche uolenter, non obsequium quidem illa
 functura, sed requiem malorū præcipitio flu-
 uialis rupis habitura. Sed inde de fluuio Musi-
 cæ suauis nutricula, leni crepitu dulcis auræ
 25 diuinitus inspirata, sic uaticinatur arundo ui-
 ridis: Psyche tantis ærumnis exercita, neque
 tua miserrima morte meas sanctas aquas pol-
 luas, nec uerò contra formidabileis oueis isti
 us oræ feras aditum, quoad de solis flagran-

L. APVLEII DE ASINO

tia mutuato calore, truci rabie solent efferrī, 30
 cornūq; acuto, & fronte saxea, & nōnunquā
 uenenatis morsibus in exitium sēuire morta-
 lium. sed dum meridies solis sedauerit uapo-
 rem, & pecua spiritus fluuiialis serenitate cō-
 quieverint, poteris sub illa procerissima plata 35
 no, quæ mecū simul unum fluentū bibit, latē-
 ter te abscondere. Et cū primū mitigata furia
 laxauerint oues animū, percussis frōdibus at-
 tiguī nemoris lanosum aurum reperies, quod
 passim stirpibus cōnexū obhærescit. sic arū- 40
 do simplex & humana, Psychē ægerrimā sa-
 lutem suam docebat. Nec auscultatu pœniten-
 do diligēter instructa illa cessauit. sed obserua-
 tis omnibus furatrina facili, flauētis auri mol-
 litie congestum gremiū Veneri reportat. Nec 45
 tamen apud dominam saltem secūdi laboris
 periculum secūdum testimonium meruit, sed
 contortis supercilijs subridens amarum; sic
 inquit: Nec me præterit huius quoque facti
 author adulterinus: sed iam nunc ego sedu- 50
 lō periclitabor, an oppidō forti animo, singu-
 larique prudentia sis prædita. Vidēsne insti-
 stentem celsissimæ illi rupi montis ardui uer-
 ticem, de quo fontis atrifuscæ defluunt un-
 dæ? Proximæque conceptaculo uallis inclu- 55
 sæ, stygias irrigant paludes, & pauca. Coccy-
 ti flueta nutriūt: indidē mihi de summi fon-
 tis penita saturigine, rorē rigentem hauritū

ista confestim deserto urnula. Sic aiens, cry-
 stallo dedolatum uasculū in super ei grauiora
 comminata tradidit. At illa studiosē gradum
 ælerans, montis extremum petit cumulum,
 5 ærtē uel illic inuentura uitæ pessimæ finem.
 sed cum primum prædicti iugi conterminos
 locos appulit, uidet rei uastæ lethālē difficul-
 tatē. Nanq; saxum immani magnitudine pce-
 rum, & inaccessa salebritate lubricū, medijs
 10 è faucibus lapidis fōtes horridos euomebat.
 Qui statim pni foraminis lacinijs æditi, p̄er-
 que procliue delapsi, & angusti canalis exer-
 to contecti tramite, proximā conuallem latē-
 ter incidebant. Dextera, læuāque cotibus ca-
 15 uatis proserpūt, & longa colla porrecti sc̄ui
 dracones inconniuæ uigiliæ luminibus addi-
 ctis, & in perpetuam lucem pupulis excubā-
 tibus. Iāmque & ipse semet muniebant uoca-
 les aquæ. Nā & discede, & quid facis, uide:
 20 & quid agis, caue: & fuge, & peribis, subin-
 de clamant. sic impossibilitatē ipsa mutata in
 lapidē Psyche, quanuis præsentī corpore, sen-
 sibus tamen aberat: & inextricabilis pericu-
 li mole prorsus obruta, lachrymarum etiam
 25 extremo solatio carebat, nec prouidentiae bo-
 næ graues oculos innocētis animæ latuit æ-
 rumna. Nam primi Iouis regalis auis illa re-
 p̄tē propāsis utrinque pinnis affuit rapax aq-
 la, memōrque ueteris obsequij, quo ductu Cu-

pidinis Ioui pocillatorem Phrygium substule- 30
 rat, opportunam ferens opem, deique numen
 in uxoris laboribus pcolēs, alti culminis dia-
 leis uias deserit, & ob os puellæ præuolans,
 incipit: At tu simplex alioquin, & expers re-
 rum talium, sperasque te sanctissimi nec mi 35
 nus truculenti fontis, uel unam stillam posse
 furari, uel omnino contingere? Dijs etiam, ip-
 siq; Ioui formidabiles aquas istas stygias, uel
 fando comperisti: quodque uos deieratis per
 numina deorum, deos per stygis maiestatem 40
 solere. sed ædo istam urnulam. Et protinus ar-
 reptam, completamque festinanter, libratissq;
 pinnarum nutantium molibus, inter genas sæ-
 uietium dentium, & trisulca uibramina dra-
 conum, remigium dextera laeuâq; porrigēs, 45
 nolentes aquas, & ut abiret innoxius, præmi-
 nantes, excipit, commentus, ob iussum Vene-
 ris petere, eique se præministrare, quare pau-
 lo facilior adeundi fuit copia. sic acceptam
 cum gaudio plenam urnam, Psyche Veneri ci 50
 tata retulit: nec tamen nutum deæ sæuiētis,
 uel tunc expiare potuit. Nam sic eam maio-
 ra, atque peiora flagitia comminans, appellat
 renidens exitiabile: Iam tu quidē uideris ma-
 ga quædā mihi, & alta prorsus malefica, quæ 55
 talibus præceptis meis obtēperasti gnauiter:
 sed adhuc istud mea pupula ministrare debe-
 bis, sume istam pyxidē (& dedit protinus)

usque ad inferos, & ipsius orci ferales penates te dirige. Tunc conferes pyxidem Proserpinæ: Petit de te Venus dicito, modicum de tua mittas ei formositate, uel ad unam saltem
 5 diëculam sufficiens: nam quod habuit, dum filium curat ægrotum, consumpsit, atque contriuit omne. Sed haud immaturius redito, quia me necesse est indidem delinitam theatrum deorum frequentare. Tunc Psyche uel maximè
 10 sensit ultimas fortunas suas, & uelamento reiecto, ad promptum exitium sese compelli manifestè cõperit. Quid ni, quæ suis pedibus ultrò ad tartarum, manetisque demeare cogetur? Nec cunctata diutius, pergit ad quam-
 15 piã turrim præaltam, indidem se datura præcipit: sic enim rebatur, ad inferos rectè, atq; pulcherrimè se posse descendere, sed turris prorumpit in uocem subitam: Et quid te (inquit) præcipitio misella quæris extinguere?
 20 quidque iam nouissimo periculo, laboriq; isti temere succubis? Nam si spiritus corpore tuo semel fuerit seiugatus, ibis quidem profectò ad imum tartarum, sed inde nullo pacto redire poteris, mihi ausculta: Lacedæmon Achaie
 25 nobilis ciuitas, nō longè sita est: huius conterminā deuijs abditā locis, quære Tænarū inibi spiraculū Ditis, & per portas hiantes monstratur iter inuiū, cuius te limine transmeatā simul cõmiseris, iam canale directo pergis ad

l.i.

ipsam Orci regiam . sed non haecenus uacua 30
 debebis per illas tenebras incedere, sed offas
 polentæ mulsæ cōcretas ambabus gestare ma-
 nibus, ac in ipso ore duas ferre stipes . Iamq;
 confecta bona parte mortiferæ uiae continua
 ueris , claudum asinum lignorum gerulum 35
 cum agasone simili , qui te rogabit decidenti
 sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei, sed tu
 nulla uoce deprompta, tacita præterito . Nec
 mora, cum ad flumen mortuū uenies, cui præ-
 fectus Charon protinus expetens portorium, 40
 sic ad ripam ulteriorem sutili cymba dedu-
 cit commeantes. Ergo & inter mortuos, aua-
 ritia uiuit? nec Charon ille ditis, & pater tan-
 tus deus, quicquam gratuito facit, & pauper
 moriens uiaticū debet quærere? & æs si for- 45
 tē præ manu non fuerit, nemo eum expirare
 patietur? Huic squalido seni dabis nauli nomi-
 ne de stipibus quas feres, alteram, sic tamen,
 ut ipse sua manu de tuo sumat ore. Nec seci-
 us tibi pigrum fluentum transmeanti, quidā 50
 supernatans senex mortuus putris attollens
 manus, orabit, ut eum intra nauigiū trahas.
 Nec tu tamen illicita affectare pietatē. Tran-
 sito fluuio , modicum te progressam textrices
 orabunt anus telam struentes, manus paulis- 55
 per accommodes, nec id tamen tibi continge-
 re fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia
 de Veneris insidijs orientur, ut uel unam de

manibus committas offulam. Nec putes futi-
 le istud polentariū damnum leue, altera enim
 perdita, lux hæc tibi prorsus denegabitur. Ca-
 nis nanque prægrandis triūgo, & satis am-
 5 plo capite præditus, immanis, & formidabi-
 lis, conatibus oblatrās faucibus, mortuos qui
 bus iam nil mali potest facere, frustra territan-
 do ante ipsum limen, & atra atria Proserpi-
 næ semper excubans, seruat uacuam Ditis do-
 10 mum. Hunc offrenatum unius offulæ præda,
 facile præteribis: ad ipsamq; protinus Proser-
 pinam introibis, quæ te comiter excipiet, ac
 benignè, ut & molliter assidere, & prædium
 opipare suadeat sumere. Sed tu & humi resi-
 15 de, & panem sordidum petito, esto: deinde
 nuntiatio quid, adueneris. susceptoque quod
 offeretur rursus remeans, canis scuitiem of-
 fula reliqua redime: ac deinde auaro nautæ
 20 datā quā reseruaueras stipe, transitoque eius
 fluuiio, recalcanis priora uestigia, ad istum cæ-
 lestium syderū redies chorū. Sed inter om-
 nia, hic obseruandum præcipuè tibi censeo, ne
 uelis aperire, uel inspicere illā quā feres py-
 xidem, uel omnino formositatis diuinæ abdi-
 25 tum cures thesaurum. sic turris illa uel pro-
 pitia uaticinationis munus explicuit. Nec mo-
 rata Psyche, pergit Tænarū, sumptisq; rite
 stipibus illis, & offulis, infernū decurrit mea-
 tum, transitq; per silentium asinario debi-
 l.ij.

li, & amnica stipe uectori data, neglecto su- 30
 pernatantis mortui desiderio, & spretis tex-
 tricum subdolis precibus, & offulæ cibo sopi-
 ta canis horrēdi rabie, domum Proserpinæ pe-
 netrat: nec offerentis hospitæ sedile delictū,
 uel cibū beatū amplexa, sed ante pedes eius 35
 residens, humilis, & cibario pane cōtenta, Ve-
 neriam pertulit legationem. statimq; secreto
 repletam, conclusamque pyxidem suscipit, &
 offulæ sequentis fraude caninis latratibus ob-
 feratis, residuāque nauitæ reddita stipe, lon- 40
 gē uegetior ab inferis recurrit: & repetita,
 atq; adorata candida ista luce, quanquam fe-
 stinans obsequium terminaret, mente capitur
 temeraria curiositate. Et ecce (inquit) inepta
 ego, diuinæ formositatis gerula, quæ nec tan- 45
 tillum quidem indidem mihi delibo, uel sic il-
 li amatori meo formoso placitura. Et cum di-
 cto referat pyxidem, nec quicquam ibi rerū,
 nec formositas ulla, sed infernus somnus, ac
 uerē stygius, qui statim cooperculo reuelatus, 50
 inuadit eam, crassi soporis nebula cūctis eius
 membris perfunditur, & in ipso uestigio, ip-
 saq; semita conlapsam, possidet, & iacebat im-
 mobilis, & nihil aliud quā dormiens cada-
 uer. sed Cupido iam cicatriæ solida reuale- 55
 scens, nec diutina suæ Psyche absentiam
 tolerans, per arctissimam cubiculi, quo co-
 bibeatur, elapsus fenestram, resectisque pin-

10 nis aliquanta quiete longè uelocius prouo-
 lans, Psyche accurrit suam. Deterſoque ſom-
 no curioſe, & rurſum in priſtinam pyxidis
 ſedem recondito, Psyche innoxio punctu-
 35 ſo ſuæ ſagittæ ſuſcitatur. Et ecce (inquit) rur-
 ſum perieras miſella, ſimili curioſitate. ſed
 interim quidem tu, provinciam, quæ tibi ma-
 tris meæ præcepto mādāta eſt, exequere gna-
 uiter, cætera egomet uidero. His dictis ama-
 40 tor leuiſ in pinnas ſe dedit, Psyche uerò con-
 feſtim Veneri munus reportat Proſerpina.
 Interea Cupido amore nimio perſuſ, & æ-
 gra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem
 pertimeſcens, ad armile redit, aliſque perni-
 45 cibus cæli penetrato uertice, magno Ioui ſup-
 plicat, ſuamque cauſam probat. Tunc Iupi-
 ter perpreſſa Cupidinis buccula, manūque
 ad os ſuum relata, conſuauiat, atque ſic ad
 illum: Licet tu (inquit) domine fili nun-
 20 quam mihi conſeſſu deūm, decretum ſerua-
 riſ honorem, ſed iſtud pectus meum, quo le-
 gos elementorum, & uices ſyderum diſpo-
 nuntur, conuulnerariſ aſſiduſ iſtibus, cre-
 bris que terrenæ libidiniſ foedaueriſ caſibus:
 25 contrāque leges, & ipſam Iuliam, diſcipli-
 namque publicam turpibus adulteriſ exiſti-
 mationem, famamque meam læſeriſ, in ſerpē-
 teis, in igneis, in feras, in aueis, & gregalia
 pecua ſerenos uultus meos ſordide reforman
 l.ij.

L. APVLEII DE ASINO

do: attamen modestiæ meæ memor, quôdque 30
inter istas meas manus creueris, cuncta perfi-
ciam, dum tamen scias æmulos tuos cauere.
Ac si qua nunc in terris puella præpollet pul-
chritudine, præsentis beneficij uicem per eam
mihi repensare te debere. Sic fatus iubet Mer 35
curium deos omneis ad concionem conuoca-
re protinus. Ac si qui cœtu cælestium defuis-
set, in pœnam decem millium nummorum cõ-
uentum iri pronunciare. Quo metu statim cõ-
pleto cælesti theatro, pro sede sublimi sedens 40
procerus Iupiter, sic enunciat: Dei conscripti
Musarum albo, adolescentem istum, quem ma-
nibus meis alumatus sum, profectò scitis om-
nes: cuius primæ iuuentutis caloratos impe-
tus freno quodam coercendos existmaui, sat 45
est quotidianis eum fabulis, ob adulteria, cum
etâsq; corruptelas infamatum, tollenda est
omnis occasio, & luxuria puerilis nuptiali-
bus pedicis colliganda. Puellam elegit, & uir
ginitate priuauit, teneat, possideat ample- 50
xus Psyche, semper suis amoribus perfrua-
tur. Et ad Venerem collocata facie, Nec tu
(inquit) filia quicquam contristare, nec pro-
sapia tantæ tuæ, statuique de matrimonio
mortali metuas. Iam faxo nuptias non im- 55
pareis, sed legitimas, & iure ciuili congru-
as. Et illico per Mercurium arripi Psyche,
& in cælum perducere iubet, porrecto ambro.

30 *sic poculo : sume (inquit) Psyche , & im-*
mortalis esto , nec unquam digredietur à tuo
nexu Cupido , sed iste uobis erunt perpetuæ
nuptiæ . Nec mora , cum cœna nuptialis af-
 5 *fluens exhibetur . Accūbebat summum torum*
 35 *maritus , Psychen gremio suo complexus : sic*
& cum Iunone sua Iupiter , ac deinde per or-
dinem toti dei . Tunc poculum nectaris , quod
uinum deorum est , Ioui quidem suus pocil-
 10 *lator ille rusticus puer , cæteris uerò Liber*
ministrabat , Vulcanus cœnam coquebat , Ho-
ræ rosis , & cæteris floribus purpurabant
omnia , Gratia spargebant balsama , Musæ
quoque canora personabant , Apollo canta-
 15 *uit ad citharam , Venus suauis Musicæ su-*
peringressa , formosa saltauit , scœna sibi sic
concinната , ut Musæ quidem chorum cane-
rent , tibias inflaret Satyrus , & Paniscus ad
fistulam diceret . sic ecce Psyche conuenit in
 20 *manum Cupidinis , & nascitur illis maturo*
partu filia , quam Voluptatem nominamus .
sic captivæ puellæ delira & temulenta illa
narrabat anicula . sed astans ego non procul
dolebam me hercules , quod pugillares & sty-
 25 *lum non habebam , qui tam bellam fabellam*
prænotarem . Ecce confecto nescio quo graui
prælio , latrones reueniunt onusti , nonnulli
tamen imò promptiores uulneratis domi re-
lictis , & plagas recurrentibus , ipsi ad reli-
 l.iii.

quas occultatas in quadam spelunca sarcina- 30
 nas (ut aiebant) proficisci gestiunt. Prandiô-
 que raptim tuburcinato me, & equum uecto
 res rerum illarū futuros fustibus exinde tun-
 dentes producunt in uiam, multisq; cliui &
 anfractibus fatigatos, prope ipsam uesperam 35
 producunt ad quāpiā speluncā, unde multis
 onustos rebus rursum ne breuiculo quidē tē-
 pore resectos ob iter reducunt: tantāq; trepi-
 datione festinabāt, ut me plagis multis obtu-
 dentes, propellētēsq; super lapidem prope ui- 40
 am positum deicerēt. Vnde crebris æquē in-
 gestis ictibus, dextero crure, & ungula sini-
 stra me debilitatum ægrè ad exurgendum cō-
 pellunt. Et unus, Quousque (inquit) ruptum
 istum asellum, nunc etiā claudum frustra pa- 45
 scemus? Et alius, Quid quodd & pessimo pede
 domum nostram accessit: nec quicquam ido-
 nei lucri exinde cœpinus, sed uulnera & for-
 tissimorum occisiones? Alius iterum, Certè e-
 go cum primū sarcinas istas quanquam in- 50
 uitus pertulerit, protinus eum uulturij gra-
 tissimum pabulum futurum præcipitabo. Dū
 secum mitissimi homines altercant de mea
 necē, iam donum perueneramus, nam ti-
 mor ungulas mihi alas fecerat. Tum quæ fe- 55
 rebamus amoliti properiter, nulla salutis
 nostræ cura, ac ne meæ quidem necis habi-
 ta, comitibus adscitis qui uulnerati remanse-

- rant, dudum recurrūt relaturi tædia, ut aie-
 dant, nostræ tarditatis. Nec me tamen medio-
 cris carpebat scrupulus cōtemplatione cōmi-
 natæ mihi mortis, & ipse mecum: Quid stas
 5 Luci, uel quid iam nouissimū expectas? Mors
 & hæc acerbissima, decreto latronū tibi com-
 parata est, nec magno conatu res indiget. Vi-
 des istas ruinas p̄ximas & præacutas, in his
 præminentes silices, quæ te penetrantes qua
 10 decideris mēbratim dissipabunt. Nam & illa
 ipsa præclara magia tua, non uultū, laborésq;
 tibi tantum asini, uerū coriū non asini cras-
 sum, sed hirundinis tenuæ membranulā circū
 dedit. Quin igitur masculū tādem sumis ani-
 15 mum, tuæq; salutis dum licet consulis? Habes
 summam opportunitatem fugæ, dum latrones
 absunt. An custodiam anus semimortuæ for-
 midabis? quā licet claudi pedis tui calce uni-
 ca finire poteris. Sed quò gentium capeffetur
 20 fuga? uel hospitium quis dabit? Hic quidē in-
 epta, & prorsus asinina cogitatio. Quis enim
 uiantium, uectorem suum non libenter aufe-
 rat secum? Et alacri statim nixu lorū, quo fue-
 ram destinatus, abrumpo, meq; quadrupedi
 25 cursū proripio: nec tamen astutulæ anus mil-
 uinos oculos effugere potui. Nam ubi me cō-
 spexit ab solutum, capta super sexum & æta-
 tem audacia, lorumprehendit, ac me deduce-
 re, ac reuocare cōtendit. Nec tamen ego me-

L. APVLEII DE ASINO

mor exitiabilis propositi latronū pietate ulla 30
 commoueor, sed incussis in eam posteriorum
 pedum calcibus, protinus applaudo terræ. At
 illa, quanuis humi prostrata, tamen tenaciter
 loro inhærebat, ut me procurrente aliquātif-
 per, tractu sui sequeretur: & occipit statim 35
 clamoris ululatibus auxilium ualidioris ma-
 nus implorare, sed frustra fletibus cassum tu-
 multum cōmouebat: qui ppe cum nullus ad-
 foret, qui suppetias ei ferre posset, nisi sola il-
 la uirgo captitia, quæ uocis exitu procurrens, 40
 uidet hercules memorādi spectaculi scenam,
 non tauro, sed asino dependētem directē ani-
 culam. sumptāq; constantia uirili, facinus au-
 det pulcherrimum, extorto etenim loro mani-
 bus eius, me placitis gānitibus ab impetu re. 45
 uocatum gnauiter inscendit, & sic ad cursum
 rursum incitat. Ego simul uoluntariæ fugæ
 uoto, & liberādæ uirginis studio, sed & pla-
 garum suāsu, quæ me sæpiculē commonebāt,
 equestri celeritate quadrupedi cursu solū re- 50
 plaudens, uirginis delicatas uoculas adhinni-
 re tentabam. sed & scalpendi dorsi mei si-
 mulatione, nōnunquam obliquata ceruicē pe-
 des decoros puellæ basiabam. Tunc illa spi-
 rans altius, cælūmq; sollicito nutu petens, Vos 55
 (inquit) superi, tandē meis supremis pericu-
 lis opem facite. Et tu fortuna durior, iam sē-
 uire desine. sat tibi miseris istis cruciatibus

meis litatum est: tuq; præsidium meæ liberta-
 tis, meæq; salutis, si me domum peruexeris in-
 columem, parētibusq; & formoso proco red-
 dideris, quas tibi gratias perhibebo? quos ho-
 5 nores habebo? quos cibos exhibebo? tam pri-
 mū iubam istam tuam probè pectinatā me-
 is uirginalibus monilibus adornabo, frontem
 uerò crispatam prius decoriter discriminabo,
 caudæq; fetas incuria congestas, & horridas
 10 cōpta diligentia perpolibo, bullisq; te multis
 aureis inoculatum, ueluti stellis sydereis relu-
 centem, & gaudijs popularium pomparum
 ouantem, sinu serico progestans nucleos, edu-
 lia mitiora, te meum sōspiratorem quotidie
 15 saginabo. Sed nec inter cibos delicatos, & otii
 profundum, uitæq; totius beatitudinem, de-
 erit tibi dignitas gloriosa. Nam memoriam
 præsentis fortunæ meæ, diuinæq; prouiden-
 tiæ perpetua testatione signabo, & depictam
 20 in tabula fugæ præsentis imaginē, meæ do-
 nus atrio dedicabo. Visetur, & in fabulis au-
 dietur, doctorūq; stylis rudis perpetuabitur
 historia, a sino uectore uirgo regia fugiens ca-
 ptiuitatem. Accedes antiquis & ipse miracu-
 25 lis. Credemus etiam exemplo tuæ ueritatis,
 & Phryxum arieti supernataſſe, & Arionē
 delphino gubernasse, & Europam tauro su-
 percubasse. Quid si uerè Iupiter mugiu-
 bouem, potest in asino meo latere aliquid uel

L. APVLEII DE ASINO

nultus hominis, uel facies deorum. Dum hic 30
 identidem puella replicat, uotisque crebros
 intermiscet suspiratus, ad quoddam perueni-
 mus triuium, unde me arrepto capistro diri-
 gere dextrorsum magnopere gestiebat, quod
 ad parētes eius ea scilicet iretur uia. sed ego 35
 gnarus latrones illā ad reliquas commeasse
 prædas, renitebar fortiter, atq; sic in animo
 meo tacitus exposculabam: Quid facis infelix
 puella? quid agis? cur festinas ad orcum? quid
 meis pedibus facere contendis? Non enim te 40
 tantum, uerū etiam me perditum ibis. sic nos
 diuersa tendentes, & in causa finali, de pro-
 prietate soli, imò uiaē herciscundæ contenden-
 tes, rapinis suis onusti coram deprehēdūt ipsi
 latrones, & ad lunæ splēdorem, iam inde lon 45
 gius cognitos, risū maligno salutant, & unus
 ē numero sic appellat: Quorsum istam festi-
 nanti uestigio lucubrat is uiam, nec noctis in-
 tempestæ maneis, laruāsque formidatis? An tu
 probissima puella parentes tuos internisere 50
 properas? sed nos, & solitudini tuæ præ-
 sidium præbebimus, & cōpendiosum ad tuos
 iter monstrabimus. Et uerbum manu secutus,
 prehensō loro retrorsum me circumtorquet,
 nec baculi nodosi quem gerebat suetis ictibus 55
 temperat. Tunc ingratis ad promptum re-
 currens exitium, reminiscor doloris ungulæ,
 & occipio nutāti capite claudicare. sed ecce

(inquit) ille qui me retraxerat, rursus titu-
bas & uacillas? & putres isti tui pedes fu-
gere possunt, ambulare nesciunt? At pauld an-
te pinnatam Pegasus uincebas celeritatem. Dū
5 sic mecum, fustem quatiens, benignus iocatur
comes, iam donus eorum extremam lorica
perueneramus: ecce de quodam ramo pro-
ceræ cupressus, induta laqueum anus illa pē-
debat. Quam quidem detractam protinus, cū
10 suo sibi funiculo deuinctam dedere præcipi-
tem: puellaq; statim distenta uinculis, coenam
quam postrema diligentia præparauerat infe-
lix anicula, ferinis inuadunt animis. Ac dum
auida ferocitate cuncta contruncant, iam in-
15 cipiunt de nostra pœna, suaq; uindicta secum
cōsiderare: & utpote in cœtu turbulento, ua-
riæ fuere sententiæ. Vt primus uiuam crema-
ri cēferet puellā, secundus bestiis obijci sua-
deret, tertius patibulo suffigi iuberet, quartus
20 tormētis excarnificari præciperet: certè cal-
culo cunctorum utcunq; mors ei fuerat de-
stinata. Tūc unus omniū sedato tumultu, pla-
cito sermone, sic orsus est: Nec sectæ collegij,
nec mansuetudini singulorū, ac ne mēæ qui-
25 dem modestiæ cōgruit, pati uos ultra modū,
delictique sœuire terminū, nec feras, nec cru-
ces, nec ignes, nec tormēta, ac ne mortis quidē
maturatæ festinas tenebras accersere: meis
itaq; cōsilijs auscultātes uitā puellæ, sed quā

meretur, largimini. Nec uos memoria deseruit 30
 utiq; quid iandudum decreueritis de isto asi-
 no, semper pigro quidem; sed mādūcone sum-
 mo, nunc etiam mendaci fictæ debilitatis, &
 uirginalis fugæ sequestro, ministroque. Hunc
 igitur iugulare crastino placeat, totisque ua- 35
 cuesto præcordijs per mediam aluū, nudā
 uirginem, quam prætulit nobis, insuere, ut so-
 la facie prominente, cæterum corpus puellæ
 nexu ferino coerceat. Tunc super aliquod sa-
 xum scruposum insititium, & fartilem asinū 40
 exponere, & solis ardentis uaporibus trade-
 re. sic enim cuncta, quæ rectè statuistis, ambo
 sustinebunt, & mortem asinus quam pridem
 meruit, & illa morsus ferarum, cum uermi-
 bus membra laniabuntur: & ignis flagran- 45
 tia, cū sol nimis caloribus inflāmarit, uterū:
 & patibuli cruciatum, cū canes & uultures
 intima protrahēt uiscera. sed & cæteras eius
 ærumnas & tormenta numerate. Mortuæ be-
 stie ipsa uiuens uentrem habitabit. tum fœ- 50
 tore nimio nares æstuabunt, inedia diutina
 lethali fame tabescet, nec suis saltem liberis
 manibus mortem sibi fabricare poterit. Ta-
 libus dictis, non pedibus, sed totis animis la-
 trones in eius uadunt sentētiam: quam meis 55
 tam magnis auribus accipiens, quid aliud q̄
 meum crastinum deslebam cadauer?

Argumentum libri septimi.

Sub diluculū matutinū unus latronū reli-
 quis collegis renūciauit, quēadmodū illa quæ
 contigerant in domo Milonis Hypatini latro-
 5 cinia & facinora infanda, imputabantur Lu-
 cio Apuleio: & q̄ nullus latronū sup̄ tāto sc̄e-
 lere insinulabatur, sed solus Apuleius omnis
 facinoris author fuisse credebatur, quoniam
 nusq̄ cōparebat. Quæ audiēs Apuleius in asi-
 10 num transformatus, secū querebatur: & me-
 dullitus ingemebat, q̄ p̄ in fonte sons, p̄ inno-
 te nocētissimus haberetur, nec causam suā age-
 re posset. Inscrūtur narratiūculæ festiuæ, aga-
 sonis improbitas, & fœminæ fraudes gra-
 15 phicè describuntur.

L. APVLEII MA-

DAVRENSIS PHILOSO-
 PHI PLATONICI, DE ASI-
 NO AVREO LIBER
 SEPTIMVS.



20 T primū tenebris
 abiectis dies inalbe-
 bat, & cādidum so-
 lis curriculum cun-
 cta cōlustrabat, qui-
 dam de nūmero la-
 tronū peruenit, sic
 enim mutuæ saluta

tionis officium indicabat. Is in primo spelūcæ 30
aditu residens, & ex anhelitu recepto spiri-
tu, talem collegio suo nunciū fecit: Quod ad
domum Milonis Hypatini, quam proximè di-
ripiuimus, pertinet, discussa sollicitudine iam
possumus esse securi. Postquam uos enim for- 35
tissimis uiribus, eunctis ablatis, castra nostra
remeastis, immixtus ego turbulis populariū,
dolentiq; atq; indignanti similis, arbitrabar
super inuestigatione facti, cuiusmodi consiliū
caperetur: & an, & quatenus latrones placē- 40
ret inquiri, renunciaturus uobis ut mandaue-
ratis omnia. Nec argumētis dubijs, sed ratio-
nibus probabilibus, congruo cunctæ multitu-
dinis consensu, nescio qui Lucius author ma-
nifestus facinoris postulabatur, qui proxinis 45
diebus, fictis cōmendatitijs literis, Miloni sese
uirum commentitus bonum, arētius concilia-
uerat, ut etiam hospitio susceptus, inter fami-
liares intimos haberetur. Plusculisque ibidem
diebus demoratus, falsis amoribus ācillæ Mi- 50
lonis animum inrepens, ianuæ claustra sedu-
lō explorauerat & ipsa mēbra, in quibus omne
patrimonium condi solebat, curiosē perspexe-
rat. Nec exiguum scelerati monstrabatur in-
diciū: quippe cum eadem nocte, sub ipso fla 55
gitij momento, idem profugisset, nec exinde
usquam cōpareret. Nam & præsidium fugæ,
quo uelocius frustatis insecutoribus, procul

ac procul abderet sese, eidem facile suppedi-
tasse. Equum nāq; illum suum candidum ue-
ctorem futurum duxisse secum, planè seruū
eius ibidem in hospitio repertum, scelerū con-
siliorūq; herilium futurū indicem, per ma-
gistratus in publicam custodiam receptum, &
altero die tormentis uexatū pluribus, ac pe-
nè ad ultimam mortem excarnificatum, nil
quicquam rerū talium esse confessum: missos
10 tamē in patriam Lucij illius multos numero,
qui reum pœnas daturū sceleris inquirerent.
Hic eo narrāte, ueteris fortunæ, & illius bea-
ti Lucij, præsentisq; ærūnæ, & infelicitis asini
facta cōparatione, medullitus ingemebā. sub.
15 ibātq; me nō de nihilo ueteris, priscæq; doctri-
næ uiros finxisse, ac pnūciasse, cœcā & pror-
sus exoculatā esse fortunā, quæ semper suas
opeis ad malos, & indignos conferat, nec un-
quam iudicio quenq; mortaliū eligat, imò ue-
20 ro cum his potissimum diuersetur, quos pro-
cul si uideret, fugere deberet. Quódq; cunctis
est extremius, uarias opiniones, imò contra-
rias nobis attribuat, ut & malus boni uiri
fama gloriatur, & innocētissimus contra no-
25 xiorum ore plectatur. Ego deniq; quē sæuissi-
mus eius impetus in bestiam extremæ sortis
quadrupedem deduxerat, cuiusq; casus etiam
cuius iniquissimo dolendus, atq; miserandus
meritò uideretur, crimine latrocinij ī hospitē
m.i.

mibi carissimum postulabar. Quod crimen nō 30
modò latrocinium, uerùm etiam parricidium
quisq; rectius nominaret; nec mihi tamen li-
cebat causam meā defendere, uel unico uerbo
saltem denegare. Deniq; ne mala conscientia,
tam scælesto crimini præsens uiderer silentio 35
cōsentire, hac tantum impatientia productus,
uolui dicere: Non feci. Et uerbum quidem præ-
cedens, semel ac sæpius immodicè clamitau,
sequens uerò nullo pacto differere potui. sed
in prima remansi uoce, & identidem boai, 40
Non, non: quanquam nimia rotunditate pen-
dula uibrassem labia. sed quid ego pluribus
de fortunæ sæuitate cōqueror, quāquam nec
istud puduit me, cum meo famulo, meq; ue-
ctore illo equo factum conseruum atq; cōiu- 45
gem. Talibus cogitationibus fluctuantē, subiit
me illa cura potior, qua statuto consilio latro-
num, manibus uirginis decretam me uictimā
recordabar, uētrem crebro suspiciens meum,
iam misellā puellā parturiebam. sed ille qui 50
commodum falsam de me notoriam pertule-
rat, ex promptis mille aureis, quos in sinu la-
cinie contexerat, quosq; uarijs uiatoribus de-
tractos, ut aiebat, pro sua frugalitate commu-
ni conferebat arcæ, insit etiam de salute com- 55
nilitonum sollicitè sciscitari. Cognitōq; quos-
dam, imò uerò fortissimum queq; uarijs qui-
dem, sed impigris casibus adoppetisse, suadet

tantisper pacatis itineribus, omniumq; præ-
 liorum seruatis inducijs, inquisitionibus com-
 militonum potius insisteretur, & tyrocinio
 nouæ iuuetutis, ad pristinae manus numerū,
 5 Martiæ cohortis facies integraretur. Nam &
 inuitos terrore compelli, & uolentes prænio
 prouocari posse: nec paucos humili seruilique
 uitæ renunciantes, instar tyrannicæ potesta-
 tis, sectam suam conferre malle. Se quoq; ian-
 10 dudum pro sua parte quendā conuenisse ho-
 minem & statu procerum, & ætate iuuenem,
 & corpore uastum, & manu strenuum: eiq;
 suasisse, ac denique per suasisse, ut manus he-
 betatās diutina pigritia tandem referret ad
 15 frugem meliorem, bonoq; secundæ, dum pos-
 set, fraeretur ualitudinis. Nec manum ualidā
 erogandæ stipi porrigeret, sed hauriendo po-
 tius exerceret auro. Talibus dictis uniuersi
 omnes assensere, & illum qui tam compro-
 20 batus uideretur, ascisci, & alios ad supplen-
 dum numerum uestigare statuūt. Tunc pro-
 fectus, & paululum cōmoratus ille, perducit
 immanem quendam iuuenem, uti fuerat pol-
 licitus, nescio an ulli præsentium comparan-
 25 dum. Nam præter cæterā corporis molem, to-
 to uertice cūctos antepollebat, & ei commo-
 dum lanugo malis inserpebat: sed planè cen-
 tuculis disparibus, & malè consarcinatis
 semiamictum, inter quos pectus & uenter
 mij.

crustata crassitie reluctabant. sic introgressus, Aucte (inquit) fortissimo deo Marti cli- 30
 tes, mihiq; iā fidi cōmilitones, & uirū magna
 nimæ uiuacitatis uolentē uolentes accipite, li-
 bentius uulnera corpore excipiētem, q̄ aurū
 manu suscipientē, ipsaq; morte, quā formidāt 35
 alij, meliorē. Nec me putetis egenum uel ab-
 iectum, néue de pannulis istis uirtutes meas
 æstimetis. Nam præfui ualidissimæ manui, to-
 tāmque prorsus deuastauī Macedoniā. Ego sum
 prædo famosus, Henus ille Thracius, cuius to- 40
 tæ prouinciæ nomen horrescunt, patre The-
 rone atq; latrone inclyto prognatus, humano
 sanguine nutritus, intērq; ipsos manipulos fa-
 ctionis educatus, hæres & æmulus uirtutis
 paternæ. Sed omnē pristinam sociorum fortium 45
 multitudinē, magnāsq; illas opeis exiguo tē-
 poris amisi spatio. Nā pcuratorē principis,
 ducenaria perfunctum, dehinc fortuna tri-
 stiore decussum, prætereunte me coram fue-
 ram aggressus. Sed rei noscendæ carpo ordi- 50
 nem. Fuit quidam multis officijs in aula Cæ-
 saris clarus atq; cōspiciuus, ipsi etiam probē
 spectatus. Hunc insinulatum quorūdam astu
 proiecit extorrē sēuiēs inuidia, sed uxor eius
 Plotina quædā, raræ fidei atq; singularis pu 55
 dicitæ femina, quæ decimo partus stipendio
 uiri familiā fūdauerat, sprētis atq; cōtemptis
 urbicæ luxuriæ delitijs, fugiētis comes, & in.

- fortunij sociā, tonsō capillo, in masculinā faciē reformato habitu, pretiosissimis moniliū, & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus, & gladios nudos, intrepida, cūctorū periculorū particeps, & pro mariti salute, peruigilē curam sustinēs, ærumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. Iamq; plurimis itineris difficultatibus, marisq; terroribus exanclatis,
- 10 Zacynthū petebat: quā fors ei fatalis decreuerat temporariam sedem. sed cum primum litus Actiacum, quo tunc Macedonia delapsi grassabamur, appulisset, nocte promota, tabernulam quandā litori nauiq; proximā, uitatis
- 15 maris fluctibus iucubabat. Inuadinus & diripimus omnia, nec tamē periculo leui tentati discessimus. simul nanq; primū sonum ianuæ matrona percepit, procurrens in cubiculum, clamoribus inquietis cuncta miscuit, milites
- 20 suosq; famulos nominatim, sed & omnē uiciniam suppetiatum conuocans: nisi quoddam pauore cūctorū, quē sibi quisq; metuētes delitescabant, effectū est, ut impūnē discederemus. sed protinus sanctissima (uera enim di-
- 25 cenda sunt) & unicæ fidei fœmina, bonis artibus gratiosa, precibus ad Cæsaris numē porrectis, & marito reditū celere, & aggressuræ plenam uindictam impetrauit. Deniq; noluit esse Cæsar Hemi latronis collegiū, & cōfestim
- m. iij.

interijt. Tantū potest nutus etiā magni prin- 30
 cipis. Tota deniq; factione militarium uexil-
 lationum indagatu confecta, atq; concisa, ipse
 me furatus ægrè solus medijs orci faucibus
 ad hunc euasi modum: sumpta ueste mulie-
 bri florida, in sinus floccidos abundante, mi- 35
 tellaq; textili contecto capite, calceis fœmini-
 nis, albis illis & tenuibus indutus, & in se-
 quiozem sexum incertus atque absconditus,
 a fello spicas hordeaceas gerenti residens, per
 medias acies infesti militis transabij. Vnam 40
 mulierem putantes asinariam concedebāt li-
 beros aditus, quippe cum mihi etiam tūc de-
 piles genæ, læui pueritia splenderent. Nec
 ab illa tamen paterna gloria uel mea uirtu-
 te descui, quanq̃ semitrepidus, iuxta mucro- 45
 nes Martios cōstitutus: sed habitus alieni fal-
 lacia tectus, uillas seu castella solus aggredi-
 ens, uiaticulū mihi corrafi. Et diloricatis sta-
 tim pānulis, in mediū profudit duo millia au-
 reorū. Et en (inquit) istā sportulam, imò uerò 50
 dotem uestro collegio libens, meq; uobis ducē
 fidissimū, si tamen nō recusatis, offero, breuis
 tēporis spatium, lapideā istam domū uestrā fa-
 cturus aureā. Nec mora, nec contatio, sed cal-
 culis omnibus ducatū latrones unanimes ei 55
 deferūt, uesteq; lautiusculā pferunt, sumeret
 abiecto cētuculo diuite. Sic reformatus, singu-
 los exosculatus, & in sūmo puluinari locatus,

cæna & poculis magnis inauguratur. Tunc
 fermõibus mutuis de uirginis fuga, deq; mea
 uectura, & utriq; destinata monstrosa morte
 cognoscit, & ubi locorum esset illa percontat-
 5 tus, deductusq; uisa ea ut erat uinculis onu-
 sta, contorta & uituperanti nare discessit. Et
 non sum quidem tam brutus, uel certè teme-
 rarius (inquit) ut scitum uestrum inhibeam,
 sed male conscientie reatum intra me susti-
 10 nebo, si quod bonum mihi uidetur dissimula-
 uero: sed prius fiduciam uestri causa sollicito
 mihi tribuite, cum præsertim uobis si senten-
 tia hæc mea displicuerit, liceat rursus ad asi-
 num redire. Nam ego arbitror latrones, quiq;
 15 eorū rectè sapiūt, nihil anteferre lucro debere
 suo, ac ne ipsam quidē sæpe & alijs dānosam
 ultionē. Ergo igitur si pdideritis in asino uir-
 ginē, nihil amplius q̄ sine ullo cōpendio indi-
 gnationē uestrā exercueritis. Quin ego censeo
 20 deducēdam eam ad quampiā ciuitatem, ibiq;
 uenundandam. Nec enim leui pretio distrahi
 poterit talis ætatula: nam & ipse quosdā le-
 nones pridem cognitos habeo, quorū poterit
 unus magnis equidē talentis, ut arbitror, pu-
 25 ellam istā præstinare, condignè natalibus suis
 in fornicē processurā, nec in similē fugā dis-
 cursurā, nonnihil etiā cum lupanari feruie-
 rit, uindictæ uobis depensurā. Hæc ex animo
 quidē meo sententiā cōducibilē ptuli, sed uos
 m.iiij.

noſtrorū eſtis conſiliorū rerūmq; domini. Sic 30
 ille latronum ſiſci aduocatus, noſtram cauſam
 pertulerat, uirginis & aſini ſoſpitor egregi-
 uſ. Sed in diutina deliberatione cæteri cru-
 ciantes mora conſilij mea præcordia, imò mi-
 ſerum ſpiritum, libentes tandem nouitij la- 35
 tronis accedunt ſentētia, & protinus à uin-
 culis exoluunt uirginem. Quæ quidem ſimul
 ut uiderat illum iuuenem, fornicique & le-
 nonis audierat mentionem, cœpit riſu lætiſſi-
 mo geſtire, ut mihi meritò ſubiret uitupera- 40
 tio totius ſexus, cū uidere puellā p̄ci iuuenis
 amore, nuptiarūmq; caſtarū deſiderio ſimula-
 to, lupanaris ſpurci, ſordidiq; ſubito dilectari
 nomine: & tunc quidem totarū mulierū ſe-
 cta, morēſq; de aſini pendeſcunt iudicio. Sed ille 45
 iuuenis ſermōe repetito, Quin igitur (inquit)
 ſupplicatū Marti Comiti perginus, & puellā
 ſimul uendituri, & ſocios indagaturi. Sed ut
 uideo nullū uſpiā pecus ſacrificatui, ac ne ui-
 num quidē potatui affatim uel ſufficiens ha- 50
 benus. Decē itaq; mihi legate comites, queis
 cōtentus, p̄ximū caſtellum petam, inde uobis
 epulas, & alias res cōparaturus. Sic eo p̄ſe-
 cto, cæteri copioſum inſtrūt ignē, aram ceſpi-
 te uiuenti Marti deo faciunt. Nec multò poſt 55
 adueniūt illi uinarios utres ferētes, & grega-
 tim pecua cōmīnātes, unū prælectū grandē
 hircū, annōſum & horricomem Marti secu-

tori, Comitîq; uictimant, & illico prandium
 fabricatur opiparè. Tunc hospes ille, Non mo-
 dò (inquit) expeditionum, prædarumq; ue-
 rum etiam uoluptatum uestrarum ducem me
 5 strenuum sentire debetis. Et aggressus insi-
 gni facienditate, gnauiter cuncta præministrat,
 uerrit, sternit, coquit: tuæta concinnat, appo-
 nit satulè: sed præcipuè poculis crebris, gran-
 dibusque singulos ingurgitat. Interdum tamè
 10 insinuatione promendi quæ poscebat usus,
 ad puellam commeabat assiduè, partemq; sub
 reptas clanculo & prægustatas à se portiones,
 offerebat hilaris. At illa sumebat appetenter,
 & nonnunquam basiare uolenti, præptis sua-
 15 uolis adlubescebat, quæ res oppidò mihi dis-
 plicebat. Hem oblita es nuptiarum, tuîq; mu-
 tui cupitoris puella uirgo? & illi, nescio cui,
 recenti marito, quem tibi parentes iunxerunt,
 hunc aduenam, cruentumque percussorè præ-
 20 ponis? Nec te conscientia stimulat, sed affectio-
 ne calcata, inter lanceas & gladios istos scor-
 tari tibi libet? Quid si quo modo cæteri latro-
 nes persenserint, non rursum recurre ad asi-
 num? & rursum exitium mihi parabis? re ue-
 25 ra ludis de alieno corio. Dum ista sycophanta
 ego mecum maxima cum indignatione dispu-
 to, de uerbis eorû quibusdam dubijs, sed non
 obscuris prudenti asino, cognosco non Hemû
 illum prædonem famosum, sed Lepolemû spò

sum puellæ ipsius . Nam præcedente sermo- 30
 ne , pauld iam clarius , contempta mea præ-
 sentia , Bono animo es (inquit) Chari-
 te dulcissima , nam totos istos tuos hosteis sta-
 tim captiuos habebis . Et instantia ualidiore
 uinum iam immixtum , sed modico tepesa- 35
 etum uapore , saucijs illis , & crapula uino-
 lentiâque madidis , ipse abstemius non cæssat
 impingere : & hercules suspicionem mihi fe-
 cit , quasi soporiferû quoddam uenenum can-
 tharis immisceret illis . Cum deniq ; sed pror- 40
 sus omnes uino sepulti iacebant õnes , partim
 parati morti , tunc nullo negotio arctissimis
 uinculis impeditis , ac pro arbitrio suo constri-
 ctis illis , imposita dorso meo puella dirigit
 gressum ad suam patriam . Quam sinul acce- 45
 sinus , tota ciuitas ad uotiuum cõspectum ef-
 funditur , procurrunt parentes , affines , clien-
 tes , alumni , famuli læti faciem gaudio delibu-
 ti . Pompam ærneres omnis sexus & omnis æ-
 tatis , nouûmque & hercules memorandum 50
 spectamen , uirginẽ asino triumphantem . De-
 nique ipse etiam hilarior pro uirili parte , ne
 præsentis negotio , ut alienus discreparem , por-
 rectis auribus , proflatisque naribus rudiui
 fortiter , imò tonanti clamore personui . Et illã 55
 thalamo receptam , commodè parentes sui fo-
 uebant . Me uerò cum ingenti iumentorum ci-
 uiumq ; multitudine , confestim retro Lepole-

mus agebat non inuitum, nam & aliās curio
 sus, & tunc latronum captiuitatis spectator
 optabam fieri: quos quidem colligatos, adhuc
 uino magis, quā uinculis deprehendimus.
 5 Totis ergo prolatis, erutisque rebus, & nobis
 auro, & argento, cæterisque onustis, ipsos par
 tim constrictos, uti fuerant, prouolutosque in
 proximas ripas præcipientes dedere, alios ue
 rò suis sibi gladijs obtruncatos reliquere. Ta
 10 li uindicta læti & gaudentes, ciuitatem reue
 nimus, & illas quidem diuitias, publica custo
 dela commiserunt, Lepolemo puellam repetitā
 lege tradidere. Exin me suum hospitalem
 nuncupatum matrona prolixè quæritabat,
 15 ipsosque nuptiarum die, præsepiū meum hor
 deo passim repleti iubet, fœnūq; camelo Ba
 etriano sufficiens apponi. sed quas ego condi
 gnas Fotidi diras deuotiones imprecor, quæ
 me formauit non canem, sed asinum: quippe
 20 cum uiderem largissimæ cœnæ reliquijs, rapi
 nisque canis omneis inescatos, atque disten
 tos. Post unicam noctem & rudimenta Vene
 ris, recens nupta gratias summas apud suos
 parentes, ac maritum mihi meminisse nō de
 25 stitit, quoad summos illi promitteret honores
 habituri mihi. Conuocatis deniq; grauioribus
 amicis, consilium datur, quo potissimum fa
 cto dignè remunerarer. Placuerat uni domi
 me cōclusum & otiosum, hordeo, lecto, fabaq;

L. APVLEII DE ASINO

Et uicia saginari. sed obtinuit alius, qui meæ 30
libertati prospexerat, suadens ut rurestribus
potius campis in greges equinos lasciuiēs dis-
currerem, daturus dominis equarum inscen-
su generoso multas mulas alumnas. Ergo igitur
euocato statim armentario equifione, ma- 35
gna cum præfatione deducendus assignor: Et
sanè gaudēs, lætūsq; præcurrebam, sarcinis
Et cæteris iam nunc renunciaturus. Nactāq;
libertate ueris initio, pratis herbantibus, ro-
sfas utique reperturus aliquas, subibat me ta- 40
men illa etiam frequens cogitatio, quòd tan-
tis actis gratijs, honoribúsq; plurimis asino
meo tributis, humana facie recepta, multo tan-
ta pluribus beneficijs honestarer. sed ubi me
procul à ciuitate gregarius ille perduxerat, 45
nullæ deliciæ ac ne ulla quidem libertas ex-
cipit. Nam protinus uxor eius auara quidē,
nequissimāque illa mulier, molæ machinariæ
sub iugum me dedit, frondosóque baculo sub-
inde castigans, panem sibi, suisq; de meo para 50
bat corio. Nec tantum sui cibi gratia me fati-
gare contenta, uicinorū etiam frumenta mer-
cenarijs discursibus meis conterebat: nec mi-
hi misero, statuta saltē cibaria, pro tantis præ-
stabantur laboribus. Nanq; hordeum meum 55
frictum, Et sub eadem mola meis quassatum
ambagibus, colonis proximis uenditabat. Mi-
hi uerò per diem laboriosæ machinæ attento,

sub ipsa uespera furfures apponebat incretos
 ac sordidos, multoque lapide salebrosos. Tali-
 bus ærumnis edomitum, nouis fortuna seu a
 cruciatibus tradidit: scilicet ut, quod aiunt, do-
 5 mi, forisque fortibus factis, adoriæ plenæ glo-
 riarer. Equinis armentis nanq; me congregē,
 pastor egregius mandati dominici serus au-
 sculator, aliquādo permisit. At ego tandem li-
 ber asinus, lætus & tripudiās, gradūq; molli
 10 gestiens, equas opportunissimas iam mihi cō-
 cubinas futuras deligebā. sed hic etiam spes
 hilarior in capitale processit exitium: mares
 enim ob admissuram ueterem pasti satianter,
 ac diu saginati, terribiles alioquin, & utique
 15 quouis asino fortiores, de me metuentes sibi,
 & adulterio degeneri præcauentes, nec hospi-
 talis Iouis seruato fœdere, riualet summo fu-
 rentes persequuntur odio. Hic elatis in al-
 tum uastis pectoribus, arduus capite, & subli
 20 mis uertice, primoribus in me pugillatur un-
 gulis. Ille terga pulposis torulis obesa conuer-
 tens, postremis uelitatur calcibus. Alius hin-
 tu maligno comminatus, remulsis auribus, dē-
 tiūmque candentium renudatis hastis, totum
 25 me commorsicat. Sic apud historiam de rege
 Thracio legeram, qui miseros hospites, ferinis
 equis suis lacerandos deuorandósque porrige-
 bat. Adeo præpotens ille tyrannus, sic parcus
 hordei fuit, ut edacium iumentorum famem

L. APVLEII DE ASINO

corporum humanorum largitione sedaret. Ad 30
eundem modum distractus & ipse uarijs e-
quorum incurfibus, rursus molareis illos cir-
cuitus requirebam. Verum fortuna meis cru-
ciatibus infatiabilis, aliam denuo mihi peste
instruxit. Delegor enim ligno monte deuehun 35
do, puérque mihi præfectus imponitur. Om-
nium ille quidem puer deterrimus, nec me
montis exælsi tantum arduum fatigabat iu-
gum, nec saxeas tantum sudas incurfando cõ-
terebar ungulas, uerum fustium quoq; cre- 40
bris ictibus persæpe dedolabar, ut usque pla-
garum mihi medullaris insideret dolor: co-
xæq; dextræ semper ictus incutiens, & unū
feriendo locum, dissipato corio, & ulceris la-
tissimi factò foramine, imò fouea, uel eti- 45
am fenestra, nullus tamen desinebat iden-
tidem uulnus sanguine delibutum obtunde-
re. Lignorum uerò tanto me premebat pon-
dere, ut sarcinæ molem elephanto non asino
paratam putares. Ille uerò quotiens in alte- 50
rum latus præponderans declinarat sarcina,
cum deberet potius grauantis ruinæ fustes
demere, & leuata paulisper pressura, sanare
me, uel certè in alterum latus translatis per-
æquare, contra, lapidibus additis insuper, 55
sic iniquitati ponderis medebatur. Nec tamen
post tantas meas clades immodico sarcinæ
pondere contentus, cum fluiuium transcendere-

remus (qui fortè præter uiam defluebat) pedibus suis ab aquæ madore consilens, ipse quoque insuper lumbos meos insiliens residebat, exiguum scilicet, & illud tantæ molis
 5 superpondium. At si quo casu limo cænoso ripæ supercilio lubricante, oneris impatentia prolapsus deruissem, cum deberet egregius agasæ manum porrigere, capistro suspendere, cauda subleuare, certam partem tanti
 10 ponderis quoad resurgerem saltè detrabere, nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium, sed occipiens à capite, imò uerò & ipsis auribus totum me compilabat, cædit fuste grauissimo, donec fomenti uitæ, me plagæ suff
 15 citarent. Idē mihi talem excogitauit perniciem, spinas acerrimas, & punctu uenenato uirgas tortili nodo in fascem constrictas, caudæ meæ pēsilem delegauit cruciatum, ut incessu meo commotæ incitatæq; funestis acu
 20 leis infestè me cōuulnerarēt. Ego igitur anticipi malo laborabam, nam cum me cursu proripueram, fugiens acerbissimos incursum, uehementiore nixu spinarum feriebar: si dolori parcens paululum restitisssem, plagis compellebar ad cursum. Nec quicquā uidebatur aliud excogitare puer ille nequissimus, quam
 25 ut me quoquo modo perditum iret. Idq; iurans, & nōnunquam cōminabatur, & planè fuit quod eius detestabilem malitiam ad peio-

res conatus stimularet. Nam quadam die, ni- 30
 mia eius insolentia expugnata patiëntia mea,
 calæes ualidos extuleram. Deniq; tale facinus
 in me comminiscitur, stuppæ sarcina me sa-
 tis onustum, properéque funiculis constrictū,
 producit in uiam: déque proxima uillula spi- 35
 rantem carbunculum furatus, oneris in ipso
 meditullio reponit. Iámque fomento tenus ca-
 lesçens, & enutritus ignis, surgebat in flam-
 mas, & totum me funestus ardor inuaserat:
 nec ullum pestis extremæ suffugium, nec sa- 40
 lutis aliquod apparet solatium. Et ustrina ta-
 lis moram non sustinet, sed meliora consilia
 præuertitur. sed in rebus sæuis adfulsit for-
 tuncæ nutus hilarior, nescio an futuris peri-
 culis me reseruans, ærtè præfente, statutâque 45
 morte liberans. Nam fortè pluuiæ pridianæ
 recens conceptaculum aquæ lutulentæ proxi-
 mum conspicatus, ibi memet improvido saltu
 totum abiicio. Flammâque prorsus extincta,
 tandem & pondere leuatus, & exitio libe- 50
 ratus euado. sed ille deterrimus ac temerari-
 us puer, hic quoque suum nequissimum factū
 in me retorfit: gregariisq; omnibus affirma-
 uit, me sponte uicinorum foculos transeuntē,
 titubanti gradu prolapsū, ignem ultroneum 55
 accessisse, mihi etiam arridens addidit: Quo-
 usque ergo frustra pascemus ignigenum istū?
 Nec multis interiectis diebus, longè peioribus

me dolis petiuit: ligno enim quod gerebam, in
proximam casulam uendito, uacuum me du-
cens, iam se nequitiae meae proclamans impa-
rem, miserrimumque istud magisterium renu-
5 ens, querelas huiusmodi concinnat: Videtis
istum pigrum, tardissimumque & nimis asi-
num, me praeter ceteris flagitijs nunc nouis pe-
riculis etiam angit: ut quenque enim uiatore
prospexerit, siue illa sit uetula mulier, siue ui-
10 ro nubilus, seu tener puellus, sese illico distur-
bato gestamine, nonnunquam etiam ipsis stra-
mentis abiectis, furens incurrit, & homines
amator talis appetit, & humi prostratis illis
inhians, illicitas atque incognitas tentat li-
15 bidines & ferinas uoluptates, auersam Ve-
nerem inuitat ad nuptias. Nam imaginem eti-
am suauij mentiendo, ore improbo compulsat
ac morsicat. Quae res nobis non mediocres li-
tes atque iurgia, imò forsitan & crimina pari-
20 et. Nunc etiam uisa quadam honesta iuvene, li-
gno (quod deuehebat) abiecto dispersoque, in
eam furiosos direxit impetus: & festiuus hic
amasio humo sordida prostratam mulierem, ibi-
dem in corona omnium gestiebat inscendere.
25 Quod nisi ploratu, gestuque foeminio conclama-
tu uiatorum praesidium accurrisset, ac de
medijs ungulis ipsius esset erepta, liberataque,
misera illa compuncta, atque dirupta, ipsa qui-
dem cruciabilem cladem sustinisset, nobis uero po-

nale reliquisset exitiū. Talibus mendacijs ad. 30
 miscendo sermones alios, qui meum uerecun-
 dum silentium uehementius premerent, ani-
 mos pastorum in meam perniciem atrociter
 suscitauit. Denique unus ex illis, Quin igitur
 publicum istum maritum (inquit) imò com- 35
 munem omnium adulterū, illis suis monstro-
 sis nuptijs condignam uictimam hostiam?
 Et Heus tu puer, ait, obtruncato protinus eo,
 intestina quidem canibus nostris iacta, cæte-
 ram uerò carnem omnem operariorum cœnæ 40
 reserua. Nam corium affirmatum cineris in-
 sper su dominis referemus; eiúsque mortem de
 lupo facile mētiemur. Sublata cōtatione, accu-
 sator ille meus noxius, ipse etiā pastoralis ex-
 ecutor sentētiæ lætus, Et meis insultās malis, 45
 calcisq; illius admonitus, quā inefficiacem fuis-
 se me hercules doleo, protinus gladium cotis
 attritu parabat. sed quidam de cœtu illo rusti-
 corū, Nefas (ait) tam bellū asinū, sic enecare:
 Et propter luxuriā, lasciuiāque amatoriā cri 50
 minatum, opera seruitiōque tam necessario ca-
 rere, cū alioquin exectis genitalibus, possit ne-
 que in Venerē ullo modo surgere, nōque omni me-
 tu periculi liberare, in sup etiā longē crassior,
 atque corpulētior effici. Multos ego scio nō mo- 55
 do asinos inerteis, uerū etiam ferocissimos
 equos nimio libidinis calore laborantes, atque
 ob id truces, uesanosque, adhibita tali detesta-

tione mansuetos ac mansues exinde factos, &
 oneri ferendo non inhabiles, & cæteri mini-
 sterij patientes. Denique nisi uobis suadeo no-
 lentibus, possum spatio modico interiecto, quo
 5 mercatum proximum obire statui, petitis è
 domo ferramentis huic curæ præparatis, ad
 uos actutum redire, trucemq; amatorem istū
 atque insuauem, dissitis femoribus emacula-
 re, & quouis uerneæ mitiorem efficere. Tali
 10 sententia medijs orci manibus retractus, sed
 ex tunc pænæ reseruatus, mœrebam, & in
 nouissima parte corporis, totum me periturū
 deflebam: inedia denique continua uel præci-
 piti ruina, memet ipse quærebam extingue-
 15 re, moriturus quidem nihilominus, sed mo-
 riturus integer. Dūque in ista necis meæ de-
 contor electione, matutino me rursum puer il-
 le peremptor meus circa montis suctum ducit
 uestigium. Iamque me de cuiusdam uastissi-
 20 mæ ilicis ramo pendulo destinato, paululum
 uiam supergressus; ipse securi lignū quod de-
 ueheret, recidebat. Et ecce de proximo specu
 uastum attollens caput, funesta proserpit ur-
 sa: quam simul conspexi, pauidus, & repenti-
 25 na facie contritus, totum corporis pondus
 in postremos poplites recello: arduaque cerui-
 cæ sublimiter eleuata; lorū quo tenebar, rum-
 po: meque protinus pernici fugæ committo,
 perq; prona nō tantum pedibus, uerū etiam
 u. ij.

toto proiecto corpore, properè deuolutus, im- 30
 mitto me campis subpatētibus, & summo stu-
 dio fugiens immanem ursam, ursaq; peiorem
 illum puerum. Tunc quidem uiator solitariū,
 uagūmque me respiciens, inuadit, & prope-
 riter insēsum baculo, quem gerebat, obuerbe 35
 rans, per obliquā ignarāmq; me ducebat ui-
 am. Nec inuitus ego cursui me accommoda-
 bam, relinquēs atrocissimam uirilitatis lanie-
 nam. Cæterum plagis non magnopere com-
 mouebar, quippe consuetus ex forma concidi 40
 fustibus. sed illa fortuna meis casibus perui-
 cax, tam opportunū latibulum, misera celeri-
 tate præuersa, nouas instruxit insidias. Pasto-
 res enim mei, perditam sibi requirentes uac-
 culam, uariāsque regiones peragrantes, occur 45
 runt nobis fortuito: statimque me cognitum,
 capistro prehensum, attrahere gestiunt. sed
 audacia ualida resistens ille, fidem hominum
 delūmq; testabatur. Quid me raptatis? quid in-
 uaditis? An te nos tractamus inciuiliter, qui 50
 nostrum asinum furatus abducis? quin poti-
 us effaris, ubi puerum eiusdem agasonem ne-
 catum scilicet occultaris? Et illico detractus
 ad terram, pugnisque pulsatus, & calcibus
 contusus, insit deierans, nullum semet ui- 55
 disse ductorem, sed planè concinnatum solu-
 tum & solitarium, ob indicinæ præmium
 occupasse, domino tamen suo restitutum.

Atque utinam ipse asinus (inquit) quem
 nunquam profecto uidissem , uocem quiret
 humanam dare , meæque testimonium inno-
 centiæ perhibere posset , profecto uos huius
 5 iniuriæ pigeret . sic adseuerans nihil quic-
 quam promouebat : nam collo constrictum
 reducunt eum pastores molesti , circa mon-
 tis illius syluosa nemora , unde lignum puer
 solebat egerere . Nec uspiam ruris reperitur
 10 ille , sed planè corpus eius membratim lace-
 ratum , multisque dispersum locis conspici-
 tur . Quam rem proculdubio sentiebam ego
 illius ursæ dentibus esse perfectam : & her-
 cules dicerem quod sciebam , si loquendi co-
 15 pia suppedicaret . sed quod solum poteram ,
 tacitus licet seræ uindictæ gratulabar . Et ca-
 dauæ quidem disiectis partibus tandem to-
 tum repertum , ægréque concinnatum ibidem
 terræ dedere . Meum uerò Bellerophontem ,
 20 abactorem indubitatum , cruentumque per-
 cussorem criminantes , ad aras interim suas
 uinctum perducunt , quoad renascenti die se-
 quenti deductus ad magistratus , ut aiebāt , pœ-
 næ redderetur . Interim dum puerum illum
 25 parentes sui plangoribus , fletibusque quere-
 bantur , & adueniens ecce rusticus , nequa-
 quam promissum suum frustratus , destina-
 tam sectionem meam flagitat . Non est (in-
 quit) in his unus , indidem præsens iactura
 n. iij.

nostra, sed planè crastino libet non tantum 30
 naturam, uerùm etiam caput quoque ipsum
 pessimo isto asino demere. Nec tibi ministeri-
 um deerit istorum. Sic effectum est; ut in al-
 terum diem clades differretur mea. At e-
 go gratias agebam bono puero, quòd saltem 35
 mortuus unam carnificinæ meæ dieculam do-
 nasset. Nec tamen tantillum saltem gratu-
 lationi meæ, quietique spatium datum. Nam
 mater pueri mortem deplorans acerbam fi-
 lij, fleta & lachrymosa, fuscâque ueste con- 40
 tecta, ambabus manibus trahens cinerosam
 caniciem, eiulans, & exinde proclamans, sta-
 bulum irrumpit meum: tum sisque ac diuer-
 beratis uehementer uberibus, incipit: Et nunc
 iste securus, incumbens præsepio, uoracitati 45
 suæ deseruit, & insatiabilem, profundum-
 que uentrem semper esitando distendit, nec
 ærumnæ meæ miseret, uel detestabilem ca-
 sum defuncti magistri recordatur? sed scili-
 cet senectam, infirmitatēque meā cōtemnit 50
 ac despicit, & impudē se laturum tantum
 scelus credit? At utcumq; se præsumit innocē-
 tem. Est enim congruens pessimis conatibus,
 circa noxiam conscientiam sperare securita-
 tem. Nam prò deūm fidem, quadrupes ne- 55
 quissime, licet precariam uocis usuram su-
 mens, cui tandem, uel ineptissimo, persua-
 dere possis, atrocitatem istam culpa uacare,

- cum propugnare pedibus, & arcere morsibus, misello puero potueris? An ipsum quidē sæpius incurfare calcibus potuisti, moriturū uerò defendere alacritate simili nequisti? Cer
- 5 tē dorso receptum auferres protinus, & infesti latronis cruentis manibus eriperes: postrenum deserto, derelictoque illo conferuo, magistro, comite, pastore, non solus aufugeres. An ignoras, eos etiam qui morituris auxilium salutare denegarint, quodd contra bonos mores idipsum fecerint, solere puniri? Sed non diutius meis cladibus lætaberis homicida, senties efficiam misero dolori naturaleis uireis adesse. Et cum dicto, assertis manibus, ex
- 15 oluit suam sibi fasciam, pedesque meos sigillatim inligans, indidem constringit arctissimè, scilicet ne quod uindictæ meæ superesset præsidium: & pertica, qua stabuli fores affirmari solebant, arrepta, non prius me
- 20 desiit obtundere, quàm uictis, fessisque uiribus suopte pondere degrauiatus, manibus eius fustis esset elapsus. Tunc de brachiorum suorum cita fatigatione conquesta, procurrit ad focum, ardentemque titionem gerens, medijs inguinibus obtrudit, donec solo quod restabat innixus præsidio, liquida fimo strictim egesta, faciem atque oculos eius confœdassent. Qua cæcitate, atque fœtore tandem fugata est à me. pernicies, cæterum titione
- n.iii.

L. APVLEII DE ASINO
delirantis Altheæ Melcager asinus interfisset. 30

Argumentum octavi libri.

Hoc volumine nex mariti Charites miserā
da, exoculatio amatoris Thrasilli facta per
Chariten, ultronea puellæ mors explicantur.
Mutatio domini, enarratio sacerdotū deæ sy- 35
riæ luculenta, & illorū spurcissimæ libidines,
flagra dissectionesque membrorum, fraudes
ac decipula detecta continentur.

20 L. APVLEII MA-
DAVRENSIS PHILOSO-
PHI PLATONICI, DE ASI-
NO AVREO LIBER
OCTAVVS.



N Octis gallicinio, ue-
nit quidā iuuenis p- 40
xima ciuitate, ut qui.
dem mihi uidebatur,
unus de famulis Cha-
rites puellæ illi⁹, quæ
mecum apud latro- 45
nes pareis ærumnas
exanclauerat. Is de eius exilio & domus toti
us infortunio mira ac nefanda, ignem pro-
pter assidens, inter conseruorum frequētiam,

- sic annuntiabat: Equisiones, opilionésq; bubse
 quæ, fuit Charite nobis q̄ misella, & quidē
 casu grauissimo, nec uerò incommutata manes
 adiuit. sed ut cuncta noritis, referam uobis à
 5 capite quæ gesta sunt, quæq; possint meritō
 doctiores, quibus stylū fortuna subministrat,
 in historiæ speciem chartis inuoluere: Erat in
 proxima ciuitate iuuenis, natalibus prænob.
 lis, equo clarus, & pecuniæ satis locuples, sed
 10 luxuriæ popinalis, scortisq; & diurnis pota-
 tionibus exercitatus, atque ob id factionibus
 latronum malè sociatus, nec non etiā manus
 infectus humano cruore, Thrasillus nomine.
 Idq; sic erat, & fama dicebat. Hic cum pri-
 15 mū Charite nubēdo maturuisset, inter præ-
 cipuos procos, summo studio petitionis eius
 munus obierat. Et quāquam cæteris omnibus
 id genus uiris antistaret, eximijq; muneribus
 parentum inuitaret iudiciū, morū tamen im-
 20 probatus, repulsæ cōtumelia fuerat aspersus.
 At, dum herilis puella in boni Lepolemi ma-
 num uenerat, firmiter deorsus delapsū nu-
 triens amorem, & denegati thalami remin-
 scens indignationem, cruento facinori quære-
 25 bat accessum. Naetus deniq; præsentiae suæ
 tempestiuam occasionem, sceleri quod diu co-
 gitarat, accingitur. Ac die quo prædonū infe-
 stis mucronibus puella fuerat astu, uirtuti-
 busq; sponsi sui liberata, turbæ gratulantium

L. APVEII DE ASINO

exultans, insigniter permiscuit sese: salutique 30
 præsentia futuræ soboli nouorum maritorum
 gaudibundus, ad honorē splendidæ prosapiæ,
 inter præcipuos hospites, domum nostrā rece-
 ptus, occultato consilio sceleris, amici fidelissi-
 mi personam mētiebatur. Iamq; sermonibus 35
 assiduus, & cōuersatione frequenti, nonnumq;
 etiam cœna, poculôq; cōmuni carior, cariorq;
 factus, in profundā foueā Cupidinis, sese pau-
 latim nescius præcipitauerat. Quidni? cū flā-
 ma sæui amoris, parua quidem primo uapore 40
 delectet, sed fomento consuetudinis exaestuās
 immodici ardoris, totos comburat homines.
 Diu deniq; deliberauerat secū Thrasillus, cū
 nec clandestinis colloquijs opportunum repe-
 rirer locum, & adulterinæ Veneris magis, 45
 magisque præclusos aditus copia custodien-
 tium cerneret, nouæq; atque gliscentis affe-
 ctionis firmissimum uinculum non posse dis-
 sociari perspiceret, & puellæ si uellet, quan-
 quam uelle non posset, furatrinæ coniugalis 50
 incommodaret rudimentū: & tamen ad hoc
 ipsum quod non potest, contentiosa pernicie,
 quasi posset impellitur, quod nunc arduum
 factu putatur, amore per dies roborato, facile
 uidetur effectu, spe, ætate deniq; sed oro soli 55
 citis animis intendite, quorsum furiosæ libi-
 dinis proruperint impetus. Die quadā uena-
 tam Lepolenus. assumpto Thrasillo petebat,

indagaturus feras, si quod tamen in capreis
 feritatis est. Nec enim Charite maritum suum
 quærere patiebatur bestias armatas dente
 uel cornu. Iámq; apud frondosum tumulum,
 5 ramosúmque densis tegminibus, umbroso pro
 spectu uestigatorum, obseptis campis canes
 uenationis indagini generosæ mandato, cubi-
 li residētes innaderent bestias, immittuntur:
 statimque solertis disciplinæ memores, parti-
 10 ti totos præcingunt aditus, tacitáque prius
 seruata mussitatione, signo sibi repētino red-
 dito, latratibus feruidis, dissonísque miscent
 omnia. Nec ulla capra, nec pauēs damula, nec
 præ cæteris feris mitior cerua, sed aper im-
 15 manis, atque inusitatus exurgit, toris callo-
 sæ cutis obesus, pilis inhorrētibus, corio squa-
 lidus, setis insurgentibus spinæ hispidus, den-
 tibus attritu sonaci spumeus, oculis flāmeus,
 aspectu minaci, impetu sæuo frementis oris
 20 totus fulmineus. Et primùm quidem canum
 procaciores, qui cominus contulerant uesti-
 gium, genis hac illac iactatis, confectas inter-
 ficit: deinde calcata retiola, qua primos im-
 petus reduxerat, transabiit. Et nos quidem
 25 cuncti pauore deterriti, & alioquin inno-
 xis uenationibus consueti, tunc etiam iner-
 mes, atque immuniti, tegumentis frondis, uel
 arboribus latenter abscondimus. Thrasillus
 uerò nactus fraudiū opportunum decipulū,

sic Lepolemus captiose compellat: Quid stu- 30
 pore confusi, uel etiam cassa formidine simi-
 les humilitati seruorum istorum, uel in modū
 pauoris foeminei deiecti, tam opimam praeda
 medijs manibus amittimus? Quin equos in scē-
 dimus? quin ocius indipiscimur? Graepe uena. 35
 bulum, & ego sumo lanceam. Nec tantillum
 morati protinus insiliunt equos, ex summo
 studio bestiam insequētes. Nec tamen illa ge-
 nuini uigoris oblita, retorquet impetū, & in-
 cendio feritatis ardescēs, dentium compulso, 40
 quē primū insiliat contabūda rimatur. Sed
 prior Lepolemus iaculum quod gerebat, insu-
 per dorsum bestiae contorsit. At Thrasillus fe-
 rae quidem pepercit, sed equi quo uehebatur
 Lepolemus, postremos poplites lancea feriens 45
 amputat. Quadrupes recidēs, qua sanguis ef-
 fluxerat, toto tergo supinatus, inuitus domi-
 num suum deuoluit ad terram. Nec diu, sed
 eum aper furens inuadit iacentem, ac primò
 lacinias eius, mox ipsum resurgentem multo 50
 dente laniauit. Nec coepti nefarij bonū piguit
 amicum, uel suae scēuitiae litatum saltem tā-
 to periculo cernēs potuit expleri: sed percito,
 atq; plagosa crura contegenti, suūmq; auxiliū
 miseriter roganti, per femur dextrum dimi- 55
 sit lanceam, tanto ille quidem fidentius, quā
 to crederet ferri uulnera similia futura pro-
 sectu dentium. Nec non tamen ipsam quoque

bestiam facili manu transadij. Ad hunc modū defuncto iuvene, exciti latibulo suo quisq; familia mœsta cōcurrinus. At ille quāquam perfectō uoto, prostrato inimico, lætus ageret, suultu tamen gaudium tegit, & frontem asseuerat, & dolorem simulat, & cadauer quod ipse fecerat, auidē circumplexus, omnia quidem lugentium officia sōlenter affinxit, sed sōle lachrymæ procēdere noluerunt. sic ad no-

10 stri similitudinem, qui uerē lamentabamur, conformatus, manus suæ culpam, bestię dabat. Nec dum satis scelere transactō, fama dilabitur, & cursus primos ad domū Lepolemi detorquet, & aureis infelicitis nuptæ pcutit.

15 Quæ quidē simul percepit talē nunciū, qualē non audiet aliū, amens, & uecordia percitata, cursuq; bacchata furibūdo per plateas populosas, & arua rurestria fertur insana uocē, casum mariti queritans. Confluunt ciuium

20 mœstæ cœteruæ, sequuntur obuij dolore sociato, ciuitas cuncta uacuatur studio uisionis. Et ecce mariti cadauer accurrit, labentiq; spiritu totam se super corpus effudit, ac plenissimē ibidem quā deuouerat ei reddidisset animam, sed ægrē manibus erepta suorum, remansit in uita. Funus uerō toto feralem pompā prosequente populo, deducitur ad sepulturam. sed & Thrasillus nimium clamare, plangere, & quas in primo mœrore lachry-

mas non habebat, iam scilicet crescente gau- 30
 dio, reddere, & multis charitatis nominibus
 ueritatem ipsam fallere, illum amicum, coe-
 taneum, contubernalem, fratrem deniq; addi-
 to nomine lugubri ciere, nec nō interdum ma-
 nus Charites à pulsandis uberibus amouere, 35
 luctum sedare, eiulatū coercere, uerbis palpa-
 tibus stimulum doloris obtundere, uarijs ex-
 emplis multiuigi casus solatia neētere. Cūctis
 tamen mentitæ pietatis officijs, studium con-
 tractadæ mulieris adhibere, odiosūmq; amo- 40
 rem suum perperam delectando nutrire. sed
 officijs inferalibus statim expletis, puella p-
 tinus festinat ad maritum suū demere, cum.
 Etāsque prorsus pertentat uias. Certè illam le-
 nem, otiosamque, nec telis ullis indigentem, sed 45
 placidæ quieti consimilem, inedia deniq; mi-
 sera, & incuria squalida, tenebris imis absco-
 dita, cum luce iam trāsegerat. sed Thrasillus
 instātia peruiaci partim per semetipsum, par-
 tim per cæteros familiareis, ac necessarios 50
 ipsos deniq; puellæ parentes extorquet, tan-
 dem iā lurore & illuue penè collapsa mem-
 bra lauacro, cibo deniq; cōfoueret. At illa pa-
 rentum suorum alioquin reuerēs, inuita qui-
 dem, uerū religiosæ necessitati succumbens, 55
 uultu non quidem hilari, uerū pauld serenio-
 re obiens, ut iubebatar, uiuentiū munia, prorsus
 in pectore, imò uerò penitus in medullis,

luctu ac mœrore carpebat animum: diésq; totos, totásq; noctes, insumebat luctuoso desiderio: & imaginem defuncti quã ad habitũ dei Liberi formauerat, affixo seruitio diuinis per
 5 colens honoribus, ipso se solatio cruciabat. sed Thrasillus præceps alioquin, & de ipso nomine temerarius, priusquam dolorem lachrymæ satiant, & percitæ mentis resideret furor, & in sese nimietatis senio læsseret luctus, adhuc flentem maritum, adhuc uestes lacerantem, adhuc capillos distrahentem, nõ dubitauit de nuptijs conuenire, & impudentiæ labe, tacita pectoris sui secreta, fraudésq; inefabileis detegere. sed Charitæ uocem nefandã
 15 & horruit & detestata est: & uelut graui tonitru, procellâq; syderis, uel etiam ipso diali fulmine percussa, corruit corpus, & obnubilauit animã. sed interuallo reualefcente paulatim spiritus, ferinos rugitus iterans, etiã scenam pessimi Thrasilli perspiciens, ad limam consilij desiderium petitoris distulit. Tunc inter moras umbra illa miserè trucidati Lepolemi, sanè cruentã & pallore deformẽ attollens faciem, quietem pudicam interpellat uxor:
 25 ris: Mi cõiunx, quodd ubi prorsus ab alio dici nõ licebit, & si pectori tuo iã pmanet nostri memoria, uel acerbæ mortis meæ casu fœdus charitatis intercudit, quouis alio felicius martare, modò ne in Thrasilli manũ sacrilegã cõ-

uenias, néue sermonem conferas, nec mensam 30
 accumbas, nec toro acquiescas. Fuge mei per-
 cussoris cruentā dexteram, noli parricidio nu-
 ptias auspicari. Vulnera illa, quorum sangui-
 nem tuæ lachrymæ proluere, nō sunt tota dē-
 tium uulnera, lancea mali Thrasilli me tibi fe 35
 cit alienū. Et addidit cætera, omnēq; scenam
 sceleris illuminat. At illa ut primū mœsta
 quieuerat, toro faciem impressa, etiam nunc
 dormiens lachrymis emanantibus genas co-
 humitat, & uelut quodā tormento, inquieta 40
 quiete excussa, luctu redintegrato, prolixum
 eiulat: discissaq; interula, decora brachia sæ-
 uientibus palmulis conuerberat. Nec tamē cū
 quoquam participatis nocturnis imaginibus,
 sed indicio facinoris prorsus dissimulato, & 45
 nequissimū percussorē punire, & ærumnabi-
 li uitæ sese subtrahere tacita decernit. Ecce
 rursus improuidæ uoluptatis detestabilis pe-
 titor, aureis obferatas de nuptijs obtundens,
 aderat. sed illa clementer aspernata sermonē 50
 Thrasilli, astūq; miro psonata, instāter garriē-
 ti, summisseq; deprecanti: Adhuc (inquit) tui
 fratris, meiq; carissimi mariti facies pulchra
 illa in meis diuersatur oculis: adhuc odor cin-
 nameus ambrosij corporis per narces meas 55
 percurrit: adhuc formosus Lepolemus in meo
 uiuit pectore. Boni ergo & optimi cōsules, si
 luctu legitimo miserrimæ fœminæ necessariū

concefferis tempus, quoad residuis mensibus
 spatium reliquum compleatur anni. Quæ res
 cum meū pudorē, tum etiam tuū salutare cō-
 modū respicit: ne fortē immaturitate nuptia-
 5 rum, indignatione iusta manes acerbos mari-
 ti ad exitium salutis tuæ suscitemus. Nec isto
 sermone Thrasillus sobrius factus, uel saltem tē
 pestiua pollicitatione recreatus, identidē per-
 git linguæ sauciantis sū surros improbos inge-
 10 rere, quoad simulanter reuicta Charite susci-
 pit: Istud equidē certē magnopere deprecāti
 concedas necesse est mihi Thrasille, ut inter-
 dum taciti clandestinos coitus obeamus, nec
 quisquam persentiscat familiariū, quoad dies
 15 reliquos metiatur annus. Promissioni falla-
 ciosæ mulieris oppressus, succubuit Thrasil-
 lus, & plixē cōsentit de furtiuo cōcubitu, no-
 tēmque & opertas exoptat ultro tenebras,
 uno potiūdi studio postponēs omnia. Sed heus
 20 tu (inquit Charite) q̄ probē ueste contactus,
 omniq; comite uiduatus, prima uigilia foreis
 meas tacitus accedas, unoq; sibilo contentus.
 nutricē istā meā operiare, quæ claustris ad-
 hærens excubabit aduētui tuo. Nec secius pa-
 25 tes factis ædibus acceptū te nullo lumine con-
 scio, ad meū pducet, cubiculū. Placuit Thrasillo
 scena feraliū nuptiarū, nec sequius aliquid sū-
 spicatus, sed ex pactiōne turbidus, de diei tā-
 tum spatio, & uesperæ mora querebatur. Sed

o.i.

abi sol nocti tandem decessit, & ex imperio 30
 Charites adornatus, & nutricis captiosa uigi-
 lia deceptus, irrepit cubiculū, pñus spei. Tūc
 anus de iussu dominæ blandiens ei, furtim
 depromptis calicibus, & ænophoro, quod im-
 mixtum uino soporiferū gerebat uenenum, 35
 crebris potionibus, auidē ac securē haurien-
 tem, mentita dominæ tarditatem, quasi parē-
 tem adsideret ægrotū, facile sepeliuit ad som-
 num. Iamq; eo ad omnes iniurias exposito,
 ac supinato, intrō uocata Charite, masculis 40
 animis impetūq; diro fremens inuadit, ac su-
 perstitit sicariū, & inquit: Fides coniugis mei
 comes, en uenator egregius, en carus maritus:
 hæc est illa dextera, quæ meū sanguinem fu-
 dit: hoc pectus, quod fraudulētās ambages in 45
 meū cōcinnauit exitiū: oculi isti, quibus malē
 placuī, qui quodammodo tamen iam futuras
 tenebras auspicantes, uenientes pœnas ante-
 cēdūt. Quiesce securus, beatē somniare, nō ego
 gladio, non ferro petam. Absit, ut simili mor- 50
 tis genere cum marito meo coæqueris. Viuo
 tibi moriētur oculi, nec quicquam uidebis ni-
 si dormiens. Faxo feliciorē necem inimici tui,
 quā uitam tuam sentias. Lumen certē non
 uidebis, manu comitis indigebis, Chariten non 55
 tenebis, nuptijs non frueris, nec mortis quie-
 te recreaberis, nec uitæ uoluptate lætaberis,
 sed incertum simulacrum errabis inter arcū

& solem, & diu quæres dexteram, quæ tuas
 expugnauit pupulas, quodq; est in ærumna
 miserrimū, nescies de queraris. At ego sepul-
 chrum mei Lepolemi tuo luminum cruore li-
 5 babo, & sanctis manibus eius, istis oculis pa-
 rentabo. sed quid mora temporis, dignū cru-
 ciatum lucraris, & meos forsitan tibi pesti-
 feros imaginis amplexus? Relictis somnolē-
 tis tenebris, ad aliam pœnalem euigila caligi-
 10 nem. Attolle uacuam faciem, uindictam re-
 cognosce, infortunium intellige, ærumnas cō-
 puta. sic pudicæ mulieri tui placuere oculi,
 sic faces nuptiales tuos illuminarunt thala-
 mos. Vltrices habebis pronubas, & orbitatem
 15 comitem, & perpetuæ conscientiæ stimulum.
 Ad hunc modum uaticinata mulier, acu cri-
 nali capite deprompta, Thrasilli conuulnerat
 tota lumina: eumq; prorsus exoculatum relin-
 quens, dum dolore nescio crapulā cum som-
 20 no discutit, arrepto nudo gladio, quo se Lepo-
 lemus solebat incingere, per mediam ciuitatē
 cursu furioso proripit se, proculdubio nescio
 quod scelus gestiens, circa monumentum ma-
 riti contendit. At nos, & omnis populus, nu-
 25 datis totis ædibus, studiose consequimur, hor-
 tati mutuo, ferrum uesanis extorquere mani-
 bus: sed Charite capulū capit Lepolemi, ppter
 assistens, gladiōq; fulgenti singulos abigens,
 ubi fletus uberes & lamentationes uarias

cunctorū intuetur: Abijcite (inquit) importu. 30
 nas lachrymas, abijcite luctū meis uirtutibus
 alienū, uindicaui in mei mariti cruentū per-
 emptorem, punita sum funestum mearum nu-
 ptiarum prædonem. Iam tempus est, ut isto
 gladio deorsus ad meū Lepoleum uiā quæ- 35
 ram. Et enarratis ordine singulis, quæ sibi p
 somniū nūciauerat maritus, quoq; astu Thra-
 sillum inductum petisset, ferro sub papillam
 dexteram transacto, concurrunt. Et in suo sibi
 peruoluta sanguine, postremo balbutiens in- 40
 certo sermone, perflauit animam uirilem. Tūc
 ppere familiares miseræ Charites, accuratiss-
 simè corpus ablutū, munita sepultura ibidem
 marito perpetuam coniugē reddidēre. Thra-
 sillus uerò cognitis omnibus, nequiens idoneū 45
 exitium præsentī clade reddere, certūsq; tan-
 to facinori nec gladium sufficere, sponte dela-
 tus ibidem ad sepulchrum: Vltronea uobis in-
 festi manes en adest uictima, sæpe clamitans,
 ualuis super sese diligenter obseratis, inedia 50
 statuit elidere sua sententia damnatum spi-
 ritum. Hic ille longo trahens spiritu, & non-
 nunquam illachrymans, grauiter affectis ru-
 sticis annunciabat. Tunc illi mutati domini
 nouitatem metuentes, & infortunium domus 55
 herilis altius miserantes, fugæ se comparant.
 Sed equorum magister, qui me curandū ma-
 gna ille quidem commendatione susceperat,

quicquid in casula pretiosum conditum serua-
bat, meo atq; aliorum iumentorum dorso re-
positum abspontās, sedes pristinas deserit. Ge-
rebamus infantulos & mulieres, gerebamus
5 pullos, passerēs, hœdos, catellos, & qcquid in-
firmo gradu fugam morabatur, nostris quoq;
pedibus ambulabat: nec me pondus sarcinæ,
quanquam enormis urgebat, quippe gaudia-
li fuga detestabilem illum exectorem uirilita-
10 tis meæ relinquentem. syluosi montis aspe-
rum permensi iugum, rursûsq; reposita cam-
porum ad spatia peruecti, iam uespera semi-
tam tenebrante, peruenimus ad quoddam ca-
stellum frequens & opulens, unde nos inco-
15 læ nocturna, imò uerò matutina etiam prohi-
bebant egressione. Lupos enim numerosos,
grandes, & uastis corporibus sarcinosos, ac
nimia ferocitate sæuiētes, passim rapinis ad-
suetos infestare cūctam illā regionem: iāmq;
20 ipsas uias obsidere, & in modum latronum
prætereuntes aggredi, imò etiam uesana fa-
me rabidos, finitimas expugnare uillas, exi-
tiūmq; inertissimorū pecudum ipsis iam hu-
manis capitibus imminere. Deniq; ob iter il-
25 lud quā nobis erat commeandum iacere se-
mesa hominum corpora, suisque uisceribus
nudatis ossibus cuncta candere, ac per hoc
nos quoque cautione summa uiae reddi debe-
re, idque uel imprimis ob serenitatem, ut

o. iij.



clara, & die iam prouecto, & sole florido, uitā 30
 tes undiq; latentes insidias, cum & ipso lu-
 mine dirarum bestiarum repigratur impe-
 tus, non laciniatim disperso, sed cuneatim sti-
 pato cōmeatu difficultates illas transabire-
 mus. sed nequissimi fugitui ductores illi no. 35
 stri, cæcæ festinationis temeritate, ac metu in-
 certæ insequutiōis, spreta salubri monitione,
 nec expectata luce proxima, circa ferme ter-
 tiam uigiliam noctis onustos nos ad uīā pro-
 pellunt. Tunc ego metu prædicti periculi, 40
 quantum poteram, turbæ medius, & inter cō-
 ferta iumenta latenter absconditus, clunibus
 meis ab aggressiōibus ferinis cōsulebā. Iamq;
 me cursu celeri cæteros equos antecellentem,
 mirabātur omnes: sed illa pernicitas nō erat 45
 alacritatis meæ, sed formidinis indicium. De-
 niq; mecum ipse reputabam, Pegasum inclytū
 illum metu magis uolaticum fuisse, ac per hoc
 meritō pinnatum proditum, dum in altū &
 adusq; cælum subsilit ac resultat, formidans 50
 scilicet igniferæ morsum Chimææ. Nā & illi
 pastores qui nos agebant, in speciē prælii ma-
 nus obarmauerant. Hic lanceam, ille uenabu-
 lum, alius gerebat spicula, fustem alius, sed &
 saxa, quæ salebrosa senuta largiter submini- 55
 strabat. Erant qui sudes præacutas attolle-
 rent, pleriq; tamen ardentibus facibus pro-
 terrebant feras, nec quicquam præter uni-

cum tubam deerat, quin acies esset praeliaris.
 sed nequicquam frustra timorem illam satis
 inanem perfuncti, longè peiores inhæsimus
 laqueos. Nam lupi forsitan confertæ iuventu-
 5 tis strepitu, uel certè nimia luce flammarum
 deterriti, uel etiam aliorum grassantes, nulli
 circa nos aditum tulere, ac ne procul saltem
 ulli comparauerāt. Villæ uerò (quā fortè tūc
 præteribamus) coloni multitudinem nostram
 10 latrones rati, satis agentes rerum suarū, exi-
 mièq; trepidi, canes rabidos & immanes, &
 quibusuis lupis & ursis sæuiore, quos ad tu-
 telæ præsidia curiosè fuerāt alumnati, iubi-
 lationibus solitis, & huiusmodi uocibus nobis
 15 inhortantur. Qui præter genuinam ferocitatē
 tumultu suorum exasperati, circa nos ruunt:
 & undiq; laterum circumfusi, passim insiliūt,
 & sine ullo delectu, iumenta simul & homi-
 nes lacerant, diūque grassati, plerōsque pro-
 20 sternunt. Cerneret non tam hercules memo-
 randum, quàm miserandum etiam spectacu-
 lum, canes copiosos ardentibus animis, alios
 fugientes arripere, alios stantibus inhære-
 re, quosdam iacentes inscindere, & per om-
 25 nem nostrum commeatum morfibz ambula-
 re. Ecce tanto periculo malum maius inse-
 quitur, de summis enim tectis, ac de proxi-
 mo colle, rusticani illi saxa super nos ra-
 ptim deuoluunt, ut discernere prorsus nequi-
 o iiij.

renus, quam potissimum caueremus cladem, 30
 cominus canum, an eminus lapidum. Quorū
 quidem unus mulierem, quæ meum dorsum
 residebat, repente percussit. Quo dolore com-
 mota, statim fletu cum clamore sublato, ma-
 ritum suum pastorem illum suppetiatum ciet. 35
 At ille deū fidem clamitans, & cruorē uxo-
 ris abstergēs, altius quiribat: Quid miseros
 homines, & laboriosos uiatores, tam crudeli-
 bus animis inuaditis, ac perterritis, atque ob-
 ruitis? quas prædas munitis? quæ damna uin 40
 dicatis? At non speluncas ferarum, uel cautes
 incolitis barbarorū, ut humano sanguine p-
 fuſo gaudeatis. Vix hæc dicta, & statim lapi-
 dum congestus cessauit hymbes, & infestorū
 canum reuocata conqueiuit procella. Vnus il. 45
 linc deniq; de summo cupressus cacumine: At
 nos (inquit) nō uestrorum spoliū cupidini
 ne latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de
 uestris protelamus manibus. Iam deniq; pa-
 ce tranquilla securi potestis incedere. sic ille. 50
 sed nos plurisariam uulnerati, reliquam uia
 capeſſimus, alius lapidis, alius morsus uul-
 nera referentes, uniuerſi tamen saucij. Ali-
 quanto denique uia permenſo spatio, perue-
 nimus ad nemus quoddam proceris arbori- 55
 bus consitum, & patentibus uiretis amœ-
 num. Vbi placuit illis ductoribus nostris pau-
 lulū cōquiescere, corporaque sua diuerſe la-

niata sedulo recurrere. Ergo passim prostrati
 solo, primum fatigatos animos recuperare, ac
 dehinc uulneribus medelas uarias adhibere
 festinant. Hic cruore præterfluētis aquæ rore
 5 diluere, ille spongijs macidatis tumores com-
 primere, alius fasciis hiātes uincire plagas.
 Ad istum modum saluti suæ quisq; consule-
 bat. Interea quidam senex de summo colle p-
 spectat, quē circum capellæ pascentes opilio-
 10 nē esse profectò clamabāt. Eum rogauit unus
 ē nostris, haberētne uenui lacte, uel adhuc li-
 quidum, uel in casēum recentem inchoatum.
 At ille diu capite quassanti: Vos autem (in-
 quit) de cibo, uel poculo, uel omnino ulla re-
 15 fectione nunc cogitatis? an nulli scitis quo lo-
 co confederitis? Et cum dicto, conductis ouicu-
 lis, conuersus longè recessit. Quæ uox eius, et
 fuga pastoribus nostris non mediocrem pauo-
 rem incussit. Ac dum perterriti de loci quali-
 20 tate sciscitari gestiunt, nec est qui doceat, se-
 nex alius magnus ille quidem, grauatus an-
 nis, totus in baculum pronus, et lassum tra-
 hens uestigium, ubertim lachrymans, per uia
 proximat: uisq; nobis cum fletu maximo sin-
 25 gulorum iuuenum genua contingens, sic ado-
 rabat: Per fortunas, uestrosque genios sic ad
 meæ senectutis spatia ualidi lætiq; ueniat, is,
 decrepito seni subsistite, meūmq; paruulū ab
 inferis ereptū canis meis reddite. Nepos nāq;

I. APVLEII DE ASINO

meus, & itineris huius suavis comes, dū fortè 30
 passerè incantantē sēpiculē consecratur arri-
 pere, delapsus in proximam foueam, quæ fru-
 ticibus imis subpatet, in extremo iam uitæ
 consistit periculo, quippe cum de fletu ac uo-
 cē ipsius auxilium sibi sēpiculē clamitantis, 35
 uiuere illum quidem sentiam, sed per corpo-
 ris (ut uidetis) mei defectam ualitudinē opi-
 tulari nequeam. At uobis ætatis & roboris
 beneficio facile est suppetiari miserrimo seni,
 puerūque illū nouissimū successionis meæ, 40
 atque unicam stirpem sospitem mihi facere.
 sic deprecantis, suāque caniciem distrahen-
 tis, omnes quidem miserentur: sed unus præ-
 ceteris, & animo fortior, & ætate iuuenior,
 & corpore ualidior, quique solus præter ali- 45
 os incolumis prælium superius euaserat, ex-
 urgit altè alacer: & percontatus, quonam lo-
 ci puer ille æcidisset, monstrantem digito non
 longè fruticibus horridos, senem illum impigrè
 comitatur. Ac dum pabulo nostro, suāq; cura 50
 refecti, sarcinulis quisq; sumptis suis uia cā-
 pesserunt, clamore primo nominatim cientes il-
 lum iuuenem frequenter inclamant. Mox ho-
 ra diutina commoti, mittunt è suis accersito-
 rem unum, qui requisitū comitē tempestiuæ 55
 uia cōmonefactū reduceret. At ille modicum
 cōmoratus, refert se se, buxātq; pallore trepi-
 dus, mira super cōseruo suo renunciat: cōspi-

ratum se quippe supinato illi, & iam ex ma-
 xima parte consumpto, immanem draconem
 mandentem insistere, nec ullum usquam mi-
 ferrimum senem comparere illum. Quare
 5 cognita, & cum pastoris sermone colla-
 ta, qui eum prorsus hunc illum, nec ali-
 um locorum inquilinum præminabatur, pesti-
 lenti deserta regione, uelociori se fuga prori-
 piunt, nòsque pellunt, crebris tundentes fu-
 10 stibus, ælerrimè. Denique longo itinere confes-
 cto, pagum quendam accedimus, ibique totam
 perquiescimus noctem. Mihi compertum fa-
 ciuus, oppidò memorabile, narrare cupio: Ser-
 uus quidā, cui cunctam familiæ tutelam do-
 15 minus permiserat suus, quique possessionem
 illam maximam in quā diuiteramus uillica-
 bat, habens ex eodem famulatio conseruam cō-
 iugā, liberæ cuiusdā, extrariæq; mulieris fla-
 grabat cupidine. Quo dolore pellicatus, uxor
 20 eius instincta, cūctas mariti rationes, & quic-
 quid horreo reconditū cōtinebatur, admoto cō-
 buffit igne. Nec tali dāno tori sui cōtumeliam
 uindicasse cōtēta, iam circa sua sæuiēs uiscera,
 laqueum sibi nectit, infantulūmq; quē de eo-
 25 dem marito iandudum susceperat, eodem fu-
 niculo nectit, seq; in præaltissimum puteu, ap-
 pendicem paruulum trahens præcipitat. Quā
 mortem dominus eorum ægerrimè sustinens,
 arreptum seruulum eius, qui causam tanti

sceleris luxuriæ suæ præstiterat, nudum ac to 30
 tum melle perlitum firmiter alligauit arbori
 ficulneæ, cuius in ipso carioso stipite inhabitā-
 tium formicarum nidificia bulliebant, & ul-
 tro citroq; commeabant multiiuga scaturigi-
 ne. Quæ simul dulcem ac mellitum corporis 35
 nidorem persentiscunt, paruis quidem, sed nu-
 merosis & cōtinuis morsuunculis penitus in-
 hærentes, per longi temporis cruciatum, ita
 carnibus atque ipsis uisceribus adefis, homi-
 ne consumpto membra nudarunt, ut ossa tan 40
 tum uiduata pulpis, nitore nimio candentia
 funestæ cohærent arbori. Hac quoq; detesta-
 bili deserta mansione, paganos in summo lu-
 ctu relinquentes rursum perginus, diēq; toto
 campestres emensi uias, ciuitatem quandā po 45
 pulosam, & nobilē iam fessi peruenimus. Ibi
 larem sedēsque perpetuas pastores illi statue-
 re decernūt, quod & longē quæsituris firmæ
 latebræ uiderentur, & annonæ copiosæ bea- 50
 ta celebritas inuitabat. Triduo deniq; iumen-
 torum reſectis corporibus, quo uendibiliores
 uideremur, ad mercatum producinur, magnā
 quæ uocæ preconis, pretia singulis nuncian-
 tis equi atque alij asini, opulenti emptoribus
 præstinantur. Ac me relictum solum, ac subsi 55
 cium, cū fastidio pleriq; præteribant. Iamq;
 tædio contrectationis eorum, qui de dentibus
 meis ætates computabant, manum cuiusdam

fœtore sordentem, qui gingivas identidem meas putidis scalpebat digitis, mordicus arreptam plenissime contriui. Quæ res circumstantium ab emptione mea, utpote ferocissimi, desterruit animos. Tunc præco disruptis faucibus, & rauca uocē saucius, in meas fortunas ridiculos instruebat iocos: Quem ad finem cantherium istum uenui frustra subiiciemus? & uetulum, extritis ungulis debilem, & colore
 10 deformē, & inertī pigritia ferocē, nec quicquam amplius quàm raderarium cribrū? atq; adeoq; uel donemus eum cuipiam, si qui tamen fœnum suum perdere non grauiatur. Ad istum modum præco ille cachinnos circumstantibus commouebat. Sed illa fortuna mea se-
 15 uissima, quam per tot regiones iam fugiens effugere, uel præcedentibus malis placare nō potui, rursus in me cæcos detorsit oculos, & emptorem aptissimū, duris meis casibus mire
 20 repertum obiecit. Scitote qualē cinædum, & senem cinædum, caluum quidē, sed cincinnis semicanis & pendulis capillatum, unum de triuiali popularium fœcē, qui per plateas, & oppida cymbalis & crotalis personantes, de-
 25 amque syriam circumferentes, mendicare cōpellunt. Is nimio præstinandi studio præconē rogat, cuiatis essem. At ille Cappadocium me, & satis forticulum denunciat. Rursus requirit annos ætatis meæ. Sed præco lasciui.

L. APVLEII DE ASINO

ens mathematicus quidā, qui stellas eius dis- 30
 posuit, quintū ei numeravit annū. sed ipse sci
 liat melius istud de suis nouit professionibus;
 quanquā enim prudens crimen Corneliæ le-
 gis incurram, si ciuem Romanū pro seruo tibi
 uēdidero. Quin em̃s bonū & frugi mācipiū, 35
 quod te & foris, & domi poterit iuuare? sed
 exinde odiosus emptor, aliud de alio nō desi-
 nit quærere. Deniq; de māfuetudine etiā mea
 percōtatur anxie. At præco, Veruecē (īquit)
 non asinum uides, ad usum omnem quietum, 40
 non mordacem, nec calcitronem quidem, sed
 prorsus ut asini corio modestum hominē in-
 habitare credas, quæ res cognitu non ardua.
 Nam si faciē tuā medijs eius feminibus emi-
 seris, facile percontaberis, quā grandem ti- 45
 bi demonstrat patientiam. sic præco lurconē
 tractabat dicaculē, sed ille cognito cauillatu,
 similis indignāti: At te (inquit) cadauer sur-
 dum, & mutum, delirūmq; præconem, omni-
 potēs, & omniparēs dea Syria, & sanctus sa 50
 badius, & Bellona, & mater Idæa, & cū suo
 Adone Venus domina cæcum reddant, qui
 scurrilibus iandudum contra me uelitaris io-
 cis. An me putas inepte iumento fero posse
 deam committere, ut turbatum repente diui. 55
 num deiiciat simulacrum? Egōque miser, co-
 gar crinibus solutis discurrere, & deæ meæ
 humi iacenti aliquem medicum quærere? Ac

cepto tali sermone, cogitabam subito uelut
 lymphaticus exilire, ut me ferocitate cernens
 exasperatum, emptionē desineret. sed prae-
 uenit cogitatum meum emptor anxius, pre-
 5 tio depresso statim, quod quidem gaudens do-
 minus, scilicet tædio mei, facile suscepit, se-
 ptedecim denariū: & illico me tumida
 spartea deligatum tradidit Philebo, hoc enim
 nomine censebatur iam meus dominus. At
 10 ille susceptum nouitium famulum trahebat
 ad domum, statimque illic de primo limine
 proclamat: Puellæ, seruū uobis pulchel-
 lum en ecce mercato perduxi. sed illæ puel-
 lae, chorus erat cinædorum: quæ statim ex-
 15 ultantes in gaudium, fracta, rauca, & ef-
 foeminata uoce clamores absonos intollunt,
 rati scilicet uerè quempiam hominem seruū
 ministerio suo paratum. sed postquam
 non ceruam pro uirgine, sed asinum pro ho-
 20 mine succidaneum uidere, nare detorta, ma-
 gistrum suum uariè cauillantur: non enim
 seruū, sed maritum illum scilicet sibi per-
 duxisse. Et heus (aiunt) caue ne solus exe-
 das tam bellum scilicet pullulum, sed nobis
 25 quoque tuis palumbulis nōnunquam imper-
 tias. Hæc & huiusmodi mutū blateran-
 tes, præsepio me proximū deligant. Erat qui-
 dā iuuenis satis corpulētus, choraula doctissi-
 mus, collatitia stipe demensa paratus, qui fo-

ris quidem circumgestantibus deam, cornu ca 30
 nens adābulabat, domi uerò pronus suis ope-
 ris partiarios agebat concubitus. Hic me si-
 mul domi conspexit, libenter appositis largi-
 ter cibarijs, gaudens alloquitur: Venisti tan-
 de miserrimi laboris uicarius, sed diu uiuas, 35
 & dominis placeas, & meis defectis iam la-
 teribus consulas. Hic audiens, iam meas futu-
 ras nouas cogitabam ærumnas. Die sequen-
 ti uarijs coloribus induciati, & deformiter
 quisque formati, faciem cœnoso pigmento de. 40
 liti, & oculis obunctis graphicè prodeunt, mi-
 tellis, & crocotis & carbasinis & bombyci-
 nis iniectis. Quidam tunicas albas in modum
 lanciolarum quoquouersum fluente purpura
 depictas, cingulo subligati, pedes luteis iduti 45
 calceis, deāmq; serico contectam amiculo, mi-
 hi gerēdam imponunt: brachijsq; suis hume-
 ro tenus renudatis, attollētes immaneis gla-
 dios ac secureis euantes exiliunt, incitantes
 tibie cantu lymphaticū tripudium. Nec pau- 50
 cis pererratis casulis, ad quādam uillam pos-
 sessoris Britini perueniūt, & ab ingressu pri-
 mo statim absonis ululatibus constrepentes,
 fanaticè peruolant. Denique capite demisso,
 ceruicæ lubricis intorquentes motibus, crinē 55
 que pendulos in circulum rotantes, & non-
 nunquam morsibus suos incurfantes muscu-
 los, ad postremū ancipiti ferro, quod gerebāt,

sua quisque brachia diffecāt. Inter hæc, unus
 ex illis bacchatur effusius, ac de imis præcor
 dijs anhelitus crebros referens, uelut numi-
 nis diuino spiritu repletus, simulabat sauciam
 5 uecordiam, prorsus quasi deū præsentia so-
 leant homines non sui, fieri meliores, sed debi-
 les effici uel ægroti. spectā denique, quale cæ-
 lesti prouidentia meritum reportauerit. Infit
 uaticinatione clamosa, conficō mendacio, se-
 10 metipsum inæssere, atq; criminari, quasi con-
 tra fas sanctæ religionis designasset aliquid;
 & insuper iustas pœnas noxi facinoris, ipse
 de suis manibus exposcere. Arrepto denique
 flagro, quod semiuiris illis proprium gestamē
 15 est, cōtortis tænijs lanosi uelleris prolixè sim-
 briatū, & multiugis talis ouium tessellatum,
 indidem sese multinodis cōmulcat ictibus, mi-
 rē contra plagarū dolores præsumptione nu-
 nitus. Cernerēs prosectu gladiatorum, ictūq; fla-
 20 gorum, solum spurcitæ sanguinis effœmina-
 ti madescere. Quæ res incutiebat mihi non
 paruum sollicitudinem, uidenti tot uulneribus
 largiter profusum cruorem, ne quo casu deæ
 peregrinæ stomachus, ut quorundam homi-
 25 num lactem, sic illa sanguinem concupisceret
asininum. sed ubi tandem fatigati, uel certē
 suo laniatu satiati; pausam carnificinam de-
 dere, stipēs æreas, imò uerò & argenteas mul-
 tis certatim offerentibus, sinu recipere pa-
 p.i.

tulo: necnon & uini cadum, & lactem, & 30
 caseos, & farris, & siliginis aliquid. Et non-
 nullis hordeum de æ gerulo donantibus, audi-
 dis animis corroderentes omnia, & in sacculos
 huic quæstui de industria præparatos farci-
 entes, dorso meo congerunt: ut duplici scilicet 35
 sarcinæ pondere grauatus, & horreum simul
 & templum incederem. Ad istum modum pa-
 lantes omnem illam deprædabantur regio-
 nem. Sed in quodam castello copia lætati lar-
 gioris quæsticuli, gaudiales instruunt dapes, à 40
 quodam colono, fictæ uaticinationis menda-
 cio, pinguißimum deposcunt arietem, qui de-
 am syriam esurientem suo satiaret sacrificio,
 probèque disposita cœnula, balneas obeunt.
 Ac dehinc lauti, quendam fortissimum rusti- 45
 canum, industria laterum, atque imis uentris
 bene præparatum comitem cœnæ secum ad-
 ducunt, paucisque admodum prægustatis ola-
 sculis, ante ipsam mēsam, spurcissima illa pro-
 pudia, ad illicitæ libidinis extrema flagitia, in 50
 fandis inguinibus efferantur: passimq; cir-
 cumsusi, nudatum supinatūque iuuenem,
 execrandis uredinibus flagitabant. Nec diu
 tale facinus meis oculis tolerantibus, Prò
 quirites perclamare gestiui, sed uiduatum cæ. 55
 teris syllabis ac literis, præcessit ô tantum
 sanè clarum, ac ualidum, & asino propri-
 um, sed importuno planè tempore. Nāque de.

pago poroximo complures iuvenes abactum
 sibi noctu perquirentes a sellum, nimmioque stu-
 dio cuncta diuersoria scrutantes, intus ædi-
 um audito ruditu meo, prædam absconditam
 5 latibulis ædium rati, coram rem inuasuri su-
 am, improvisi conferto gradu se penetrant,
 palamque illos execrandas sceditates obeun-
 tes deprehendunt. Iam iamque uicinos undiq;
 partientes, turpissimam scenam patefaciunt,
 10 insuper ridicule sacerdotum purissimam lau-
 dantes castimoniam. Hac infamia consterna-
 ti, quæ per ora populi facile dilapsa, merito
 inuisos ac detestabiles eos cunctis effecerat,
 noctem ferme circa mediam, collectis omni-
 15 bus, furtim castello facessunt: bonaque itine-
 ris parte ante iubaris exortum trāsacta, iam
 die claro solitudines auias nacti, multa prius
 secum collocuti, accingunt se meo funeri. Deā
 que uehiculo meo sublata, & humi reposita,
 20 cunctis stramētis me renudatum, ac de qua-
 dam quercu destinatū, flagro illo pecuinis ossi-
 bus catenato uerberantes, penè ad extremas
 consecrāt mortes. fuit unus qui poplites me-
 os eneruare securi sua comminaretur; quod
 25 de pudore candido scilicet suo tam deformi-
 ter triumphassem. sed cæteri non meæ salu-
 tis, sed simulacri tacentis contemplatione,
 in uita me retinendum censuere. Rursum
 itaque me refertum sarcinis, planis gladijs

L. APVLEII DE ASINO

minantes, perueniunt ad quandam nobilem 30
 ciuitatem. Vbi uir principalis, & aliàs religio
 sus, & eximia dominae reuerēs, tinnitu cym
 balorum & sonitu tympanorum, cantúsque
 Phrygi mulcentibus modulis exercitus, pro-
 currit obuiam: deámque uotiuo suscipiens ho 35
 spitio, nos omnes intra conseptum domus am
 plissimæ constituit, numénque summa uene-
 ratione, atque hostijs opimis placare conten-
 dit. Hic ego me potissimum capitis periclitat-
 tum mēni. Nam quidam colonus, partem 40
 uenationis, immanis cæui pinguißimum fe-
 mur, domino illi suo muneri miserat. Quod
 incuriose ponē culinæ fores, non altiuscu-
 le suspensum, canis adæq; uenaticus latenter
 inuaserat, lætúsque præda properè custodien 45
 tes oculos euaserat. Quo damno cognito, suáq;
 reprobensa negligentia, coquus diu lamenta-
 tus lachrymis inefficacibus, iam iámque do-
 mino cœnam flagitante mœrens, & utcunq;
 metuens altius, filio suo paruulo consalutato, 50
 arreptoque funiculo mortē sibi nexu laquei
 comparabat. Nec tamen latuit fidam uxorem
 eius casus extremus mariti, sed funestum no-
 dum uiolenter inuadens manibus ambabus:
 Adeóne (inquit) præsentí malo perterritus, 55
 mente excidisti tua, nec fortuitum istud reme-
 dium, quod deúm prouidentia subministrat,
 intueris? Nam si quid in ultimo fortunæ tur

• bine resipiscis, expergit *mi* ausculta, & ad-
 uenam istum asinum, remoto quodam loco de-
 ductum, iugula, femúrque eius ad similitu-
 dinem perdití detractum, & accuratius in
 5 protrimentis sapidissimè decoctum, appone
 domino ceruini uicæ. Nequissimo uerberoni,
 sua placuit salus de mea morte. Et multum
 confervæ sagacitate laudata, destinata etiam
 laniena, cultros acuebat.

10

Argumentum libri noni.

Hic nonus liber continet astum asini quo
 lanienam euasit, sequitur alterum periculum
 quo rabiosus creditus, auxilium aquæ potus
 acquisiuit. Narratio fabellæ de scærrina ma-
 15 ritum illudente, cuius amator sub spèce em-
 ptoris in dolio fefellit. sors captiosa syriaco-
 rum sacerdotum, furtúmque deprehensum. De-
 scriptio pistorij operis, cui fuit mæcipatus. Ex-
 plicatio fabularum de adulterijs impudicitiaq;
 20 scæminarum lepidissima, domini rursus mu-
 tatio à pistore ad hortulanum facta transla-
 tione. Dirum familiæ infortunium, hortulani
 in militem abactorem insultatio, asini occul-
 tatio & prospectus.

P. III.

L. APVLEII MA

DAVRENSIS PHILOSO-
PHI PLATONICI, DE ASI-
NO AVREO LIBER
NONVS.



ic ille nequissimus 25
carnifex, contra me
manus impias ob-
armabat. At ego,
præcipitante consi-
lium periculi tanti 30
præsentia, nec expe-
ctata diutina cogi-
tatione, lanienam imminētem fuga uitare sta-
tui. Protinûsq; uinculo, quo fueram deligatus
arrupto, cursu me proripio totis pedibus ad 35
tutelam salubrē, crebris calcibus uelitatus. Il-
licq; me raptim transcurſa proxima porti-
cu, triclinio, in quo dominus ædium sacrifici-
leis epulas cum sacerdotibus deæ cœnitabat,
incontanter immitto: nec pauca rerum, appa- 40
ratus cibarij mēſas & id genus, impetu meo
collido, atq; disturbo. Qua rerum deformi stra-
ge paterfamilias commotus, ut importunum
atque lasciuum me cuidā famulo curiosè tra-
ditum, loco certo aliquo clausum iussit cohibe 45
ri, ne rarsum cōiuiuium placidum simili petu.

lantia dissiparem. Hic astulo commēto scitulē
 munitus, & medijs lanij manibus ereptus, cu-
 stodela salutarī mihi gaudebam carceris. sed
 nimirum nihil fortuna renuente, licet homi-
 5 ni nato dexterum prouenire, nec consilio pru-
 denti, uel remedio sagaci, diuinæ prouidentiae
 fatalis dispositio subuerti, uel reformari po-
 test. Mihi denique idipsum commentum, quod
 momentariam salutē reperisse uidebatur, pe-
 10 riculum grande, imò præsens exitium confla-
 uit aliud. Nam quidam subito puer, mobili ac
 trepida facie percitus (ut familiares inter se
 susurrabant) irrumpit triclinium, subque an-
 nunciat domino de proximo angiportu, canē
 15 rabidam paulo antè per posticam impetu mi-
 ro sese direxisse, ardentique prorsus furore
 uenaticos canes inuasisse: ac dehinc proxi-
 mum petisse stabulum, atque ibi pleraque in-
 menta incurrisse pari saeuitia: nec postremum
 20 saltem ipsis hominibus pepercisse, nam Myti-
 lium mulionem & Ephestionē cocum, & Hy-
 patanum cubicularium, & Apollonium Me-
 dicum, imò uerò & plureis alios ex familia,
 abigere tentantes, uarijs morsibus quenque
 25 lacerasse, certè uenenatis morsibus contacta
 nonnulla iumenta esse efferata simili rabie.
 Quæ res omniū statim pcussit animos, ratiq;
 me etiā eadem peste infectū ferocire, arreptis
 huiusmodi telis, mutuòq; ut exitiū cōmune

protelarēt, cohortati, ipsi potius uesaniæ mor 30
 bo laborantes persequuntur. Nec dubio me
 lanceis illis & uenabulis, imò uerò & bipen-
 nibus, quæ facile famuli subministrabant, mē
 bratim compilassent, ni respecto subiti peri-
 culi turbine, cubiculum in quo mei domini di 35
 uertebant, protinus irrupissem. Tunc clausis,
 obseratisque super me foribus, obsidebant lo-
 cum, quoad sine ullo concessione suæ pericu-
 lo, pestilentiae lethalis peruicaci rabie posses-
 sus, ac peresus absumerer. Quo facto, tandem 40
 libertatem nactus solitariae fortunæ munus
 amplexus, super cōstratum lectum abiectus,
 post multum equidem temporis somnum hu-
 manum quieui. Iamque clara die, molli-
 biculi refota lassitudine, uegetus exurgo. At- 45
 que illos qui meæ tutelæ peruigiles excubias
 agitauerant, ausculto de meis sic altercari for-
 tunis: At hunc cene miserum istum asinum
 iungi furore iactari credimus? imò uerò iam
 uirus increscente sæuitia prorsus extinctum? 50
 sic opinionis uariæ terminum ad exploratio-
 nem conferunt, ac de rima quadam pros-
 ciunt sanum me, atque sobrium ociose con-
 sistere: iamque ultro foribus patefactis, ple-
 nius an sim iam mansuetus periclitantur. 55
 sed unus ex his de cælo missus mihi sospi-
 tator, argumentum explorandæ sanitatis meæ
 tale commonstrat cæteris, ut aquæ recentis

completam peluim offerrent potui meo . Ac
 si intrepidus & more solito sumens, aquis ad-
 libescerem, sanum me, atq; omni morbo scirēt
 expeditū: cōtrā uerò si uisum, cōtactūmq; la-
 5 ticus uitarem ac perhorrescerem, pro cōperto
 noxiā rabiem pertinaciter durare. Hæc enim
 libris pristinis etiā proditū obseruari solere.
 Isto placito uas immane confestim aquæ per-
 lucidæ, de proximo petitæ fonte, cōtantes ad-
 10 huc offerunt mihi. At ego sine ulla mora pro-
 gressus, etiam obuio gradu satis sitiēter, pro-
 nus & totum caput inuergens, salutare ue-
 rē equidem illas aquas hauriebam. Iāmq; &
 plausus manus, & aurium flexus, & ductum
 15 capistrī, & quiduis aliud periclitantiū, pla-
 cidē patiebar, quoad contra uesanam eorum
 præsumptionem, modestiam meā liquidò cun-
 ctis approbarem. Ad istum modum uitato du-
 plici periculo, die sequēti rursum diuinis exa-
 20 uijs onustus, cum crotalis & cymbalis circū-
 foraneum mendicabulum producor ad uiam.
 Nec paucis casulis, atq; castellis oberratis, di-
 uertimus ad quempiam pagum urbis opulen-
 tæ, quondam (ut memorabant incolæ) inter
 25 semirutā uestigia conditum. Et hospitio proxi-
 mi stabuli recepti, cognoscimus lepidā de ad-
 ulterio cuiusdam pauperis fabulam, quā uos
 etiā cognoscatis uolo. Is gracili pauperie la-
 borans, fabrileis operas præbēdo, paruis illis

L. APVLEII DE ASINO

mercedibus uitā tenebat. Erat ei tamen uxor. 30
 eula, etiam satis quidem tenuis & ipsa, uerū
 tamen postrema lasciuia famigerabilis. sed
 die quadam, dum matutino ille ad opus sus-
 ceptum proficiscitur, statim latenter irrepit
 eius hospitium temerarius adulter. Ac dum 35
 Veneris colluctationibus securius operantur,
 maritus ignarus rerū, ac nihil etiam tū tale
 suspicās, improuisus hospitium repetit. Iam-
 que clausis & obseratis foribus uxoris lauda-
 ta continentia, ianuā pulsāt, sibilo etiam præ- 40
 sentiam suam denunciante. Tūc mulier calli-
 da, & ad huiusmodi flagitia perastutula, tena-
 cissimis amplexibus expeditum hominē, do-
 lio quod erat in angulo semiobrutū, sed aliās
 uacuum, dissimulanter abscondit. Et patefactis 45
 ædibus, adhuc introeuntē maritū aspero ser-
 mone accipit: Siccine uacuus & otiosus insi-
 nuatis manibus, ambulabis mihi, nec obito cō-
 sueto labore uitæ nostræ prospicies, & aliquid
 cibātui parabis? At ego misera per noctē, & 50
 per diem lanificio neruos meos cōtorqueo, ut
 intra cellulam nostram saltem lucerna luceat.
 Quanto me felicior Daphne uicina, quæ mero
 & prandio matutino satia, cū suis adulteris
 uoluptatur. Sic confutatus maritus, & quid 55
 istic est ait? Nam licet forēsi negotio officina-
 tor noster attentus ferias nobis fecerit, tamē
 hodiernæ cœnulæ nostræ pspexi. Vides istud

- dolium, quod semper uacuum frustra locū detinet tantum, & reuera præter impedimentum conuersationis nostræ, nihil præstat amplius? istud ego quinque denarijs cuidam uendi
 5 tui: & adest, ut dato pretio, secum rem suam ferat. Quin itaq; percingeris, mihiq; manum tantisper accommodas, ut exobrutum protinus tradatur emptori. E re nata fallacia, mulier temerarium tollens cachinnum: Magnum
 10 (inquit) istum uirum, at strenuum negotiato- rem nacta sum, qui rem, quam ego mulier, & intra hospitium contacta, iandudum septē denarijs uendidi, minoris distraxit abditamento pretij. Lætus maritus, Et quis est ille (ait)
 15 qui tanto præstinauit? At illa, Olim inepte (inquit) descendit in dolium, sedulo soliditatem eius probaturus. Nec ille sermoni mulieris defuit, sed exurgens alacriter: Vis (inquit) uerum scire materfamilias, hoc tibi do-
 20 lium nimis uetustum est, & multifariam rimis hiantibus quassum. Ad maritumque eius dissimulanter conuersus, Quin tu quicumque es homuntio, lucernam (ait) actutum mihi expendas, ut erasis intrinsecus sordibus, diligenter aptum usui possim dignoscere,
 25 nisi nos putas æs de malo habere. Nec quicquam moratus ac suspicatus, acer & egregius ille maritus, accensa lucerna: Discede (inquit) frater, & otiosus assiste, donec pro-

L. APVLEII DE ASINO

bē procuratum istud tibi repræsentē. Et cum 30
 dicto nudatus ipse delato lumine scabiem ue-
 tustam cariosæ testæ occipit exscalpere. At ue-
 rò adulter bellissimus ille pufio, inclinatā do-
 liō pronā uxore fabri superincuruatus, secu-
 rē dedolabat. At illa capite in doliū demisso, 35
 maritū suū astu meretricio tractabat ludi-
 cre, hoc, & illud, & aliud, & rursum aliud pur-
 gandum demonstrat digito suo, donec utroq;
 opere perfectō, acceptis septem denarijs, cala-
 mitosus faber, collo suo gerens doliū, coactus 40
 est ad hospitium adulteri proferre. Pauculis ibi
 diebus commorati, & munificētia publicā sa-
 ginati, uaticinatiōisq; crebris mercedibus sus-
 farcinati, purissimi illi sacerdotes, nouū quæ-
 stus genus sibi cōminiscuntur. sorte unica pro 45
 casulis pluribus euocata, consulentes de rebus
 uarijs plurimos ad hunc modum cauillatur.
 sors hic erat, Ideo coniuncti terram proscin-
 dunt boues, ut in futurū læta germinēt sata.
 Tūc si qui matrimonium sorte cooptantes in 50
 interrogarēt, rem ipsam responderi aiebant, iū-
 gendos connubio, & satis liberū procrean-
 dis. si possessiones præstinaturus quæreret,
 meritō boues, ut & iugum, & arua semētis
 florentia prænunciari. si quis de profectione 55
 sollicitus, diuinū caperet auspiciū, iūctos iam,
 paratosq; quadrupedū cunctōrū māsuetissi-
 mos, & lucrū promitti de glebæ germine. si

praelium capeffiturus, uel latronum factionē
 persequuturus, utiles necne processus scisci-
 taretur, additam uictoriam sorti præfagio cō-
 tendebant: quippe ceruices hostium iugo sub-
 ſacturi, & prædam de rapinis uberrimam fru-
 ctuosamq; capturi. Ad iſtum modum diuina-
 tionis eiꝯ aſtu captioſo corraſerant nō par-
 uas pecunias. ſed aſſiduꝯ interrogationibꝯ
 argenti ſatietate iam deſecti, ruſſum ad uiam
 10 prodewnt, uia tota quam nocte conſecerauimus
 longē peiorē. Quid ni? lacuñoſis incilibꝯ uo-
 raginoſam, partim ſtagnanti palude fluidam,
 & alibi ſubluuie cœnoſa lubricā. Crebris de-
 niq; offenſaculis, & aſſiduꝯ lapſibꝯ iam cō-
 15 tuſis cruribꝯ meis, uix tandē ad cāpeſtreis
 ſemitas feſſus euadere potui. Et ecce nobis re-
 pente de tergo manipulus armati ſupercur-
 rit equitis, ægrēq; cohibentes equum curruli
 rabie Philebum, cæteroſq; comites eiꝯ inuo-
 20 lant auidi, collōq; cōſtriſto, & ſacrilegoſ, im-
 purōſq; compellantes, interdū pugnis obuer-
 berant, nec non manicis etiam cunctoſ coar-
 ctant: ac identidem uргenti ſermone compri-
 mūt, pmerēt ocioſ aureū cantharū, promerēt
 25 authoramentū illud ſui ſcleris, quod ſimula-
 tione ſolēnniū, quæ in aperto factitauerāt, ab
 ipſiſ puluinaribꝯ matris deūm clanculo fu-
 rati, prorſus quaſi poſſent tanti facinoriſ eua-
 dere ſuppliciu, tacita proſeſtione adhuc luce

dubia pomœrium peruaserint. Nec defuit qui 30
 manu super dorsum meū iniecta, in ipso deæ
 quam gerebam gremio scrutatus reperiret,
 atq; in coram omnium aureū depromeret cā-
 tharum. Nec isto saltem tam nefario scelere,
 impuratissima illa capita confutari, terrerēue 35
 potuere: sed mendofo risu cauillantes, En (in-
 quiunt) indignæ rei sæuitatem, quam pleriq;
 infantes periclitantur homines propter uni-
 cū caliculum, quē deūm mater sorori suæ sy-
 riæ hospitale munus obtulit, noxios religiōis 40
 antistites ad discriminē uocaritis capitis. Hæc
 & alias similes affanias frustra ablatrāteis
 eos retrorsum abducūt pagani: statimq; uin-
 ctos in tullianum compingunt, cantharōq; &
 ipso simulacro quod gerebā, apud fani dona- 45
 rium redditis, ac cōsecratis, altera die produ-
 ctum me, rursum uoce præconis uenui subij-
 ciunt, septémq; numinis carius, quàm prius
 me comparauerat Philebus, quidam pistor de
 pximo castello præstinauit, protinúsq; etiam 50
 frumento coëmpto affatim onustum per iter
 arduū scrupis & huiusmodi stirpibus infe-
 stum, ad pistrinum quod exercebat, perducit.
 Ibi complurium iumentorum multiuij circui-
 tus intorquebant molas ambage uaria: nec 55
 die tantum, uerūm perpeti etiam nocte pror-
 sus instabili machinarum uertigine lucubra-
 bant peruigilem farinam. sed mihi, ne rudi-

mentum seruitij perhorrescerē, nouus domi-
 nus, loca lautitia prolixè præbuit. Nam &
 diem primum illum feriatum dedit, & ciba-
 rijs abundanter instruxit præsepium: nec ta-
 5 men illa otij, saginæq; beatitudo durauit ul-
 terius. sed die sequenti, molæ (quæ maxima
 uidebatur) matutinus adstituor, & illico ue-
 lata facie, propellor ad incurua spatia flexuo-
 si canalis, ut in orbe termini circūfluentis re-
 10 ciproco gressu mea recalcanis uestigia, uaga-
 rer errore certo. Nec tamē sagacitatis ac pru-
 dentiae meae prorsus oblitus, facile me tyroci-
 nio disciplinae præbui. sed quāq; frequēter cū
 inter homines agerē, machinas similiter circū
 15 rotari uidiſsem, tamen ut expers, & ignarus
 operis stupore mētito defixus hærebā: q̄ enim
 rebar, ut minus aptū, & huiusmodi ministe-
 rio satis inutile, me ad quēpiā aliū utiq; leui-
 rem laborē legatū iri, uel otiosum certe ciba-
 20 tum iri. sed frustra solertiā dānosam exercui,
 complures enim protinus, baculis armati me
 circumsteterunt: atq; ut erā, luminibus obtectis
 securus, etiā nūc repente signo dato, & clamo-
 re cōferto, plagas ingerētes aceruati, aded
 25 me strepitu turbulentāt, ut cūctis cōsilijs ab-
 iectis, illico scitissimē tæniæ sparteæ totus in
 nixus, discursus alacris obire. Hac subita sectæ
 cōmutatiōe, risū toto cœtu cōmouerā: iāq; ma-
 xima diei parte trāsaeta, defectū alioquin me

helcio sparteo dimoto, nexu machinae liberatū 30
 applicant praesepio. At ego quanquā eximie
 fatigatus, & refectioe uirium uehemēter in-
 digus, & prorsus fame perditus, tamē fami-
 liari curiositate attonitus, & satis auius, post-
 posito cibo, qui copiosus aderat, inoptrabilis 35
 officinae disciplinam cum delectatione quadā
 arbitrabar. Dij boni quales illic homūculi ui-
 bicibus liuedinis totam cutē depicti, dorsū-
 que plagosum scissili centuculo magis inum-
 brati quā obtekti, nōnulli exiguo tegili tā- 40
 tummodo pubem intekti, cuncti tamen sic
 tunicati, ut essent per pānulos manifesti, frō-
 tes literati, & capillū semirasi, & pedes an-
 nulati, cum lurore deformes, & fumosis tene-
 bris uaporosae caliginis palpebras adesi, atq; 45
 adeo male luminati, & in modum pugilum,
 qui puluisculo perspersi dimicant, farinulen-
 to cinere sordide candidati. Iam de meo iumē-
 torio contubernio, quid, uel ad quem modum
 memorem? Quales illi muli senes, uel cātherij 50
 debiles? Circa praesepium capita demersi con-
 truncabant moles palearum, ceruicē ariosa
 uulnerum putredine, follicantes nareis lāgui-
 das, assiduo pulsū tussedinis hiulci peētorā, co-
 pulae sparteae tritura continua exulcerati, co 55
 stas perpetua castigatione ossium tenus renu-
 dati, ungulas multiuia circuncisione in enor-
 me uestigiū porrecti, totūmq; corium ueterno

atq; scabiosa macie exasperati. Talis familiæ
 funestum mihi etiam metuens exemplū, uete-
 risq; Lucij fortunam recordatus, & ad ulti-
 ma salutis me tandē trusum, summisso capite
 5 mœrebam. Nec ullum uspiam cruciabilis uitæ
 solatium aderat, nisi quodd ingenita mihi cu-
 riositate recreabar, dum præsentia meā par-
 uisfacientes, liberè quæ uolūt omnes, & agūt
 & loquuntur. Nec immeritò priscæ poëticæ
 10 diuinus author, apud Graios, summæ prudē-
 tiæ uirum monstrare cupiēs, multarum ciui-
 tatum obitu, & uariorum populorum cogni-
 tu, summas adeptū uirtutes cecinit. Nam &
 ipse gratas gratias asino meo memini, quodd
 15 me suo celatum tegmine, uarijsq; fortunis ex-
 ercitatum, etsi minus prudentem, multisciū
 certè reddidit. Fabulā deniq; bonam præ cæ-
 teris suauē comptam ad aureis uestras affer-
 re decreui, & en occipio: Pistor ille qui me pre-
 20 tio suum fecerat, bonus alioqui uir & ap-
 primè modestus, pessimam, & ante cunctas
 mulieres longè deterrimam sortitus coniugē,
 pœnas extremas tori, larisque sustinebat, ut
 hercules eius uicē ego quoq; tacitus frequēter
 25 ingemiscerem. Nec enī uel unū uitiū nequis-
 simæ illi scæminæ deerat: sed omnia prorsus
 ut in quandam cœnosam latrinā, in eius ani-
 mum cōfluxerāt flagitia: scæua, scæua, uiriosa,
 ebriosa, peruiax, pertinax, i rapinis turpibus
 q.i.

L. APVLEII DE ASINO

auara, in sumptibus fœdis profusa, inimica si 30
dei, hostis pudicitiae. Tunc spretis atq; calca-
tis diuinis numinibus, in uicē certæ religiōis
mētita, sacrilega præsumptione dei, quē præ-
dicaret unicum, confictis obseruationibus ua
cuis fallens omnes homines, & miserum ma 35
ritum decipiens, matutino mero & continuo
stupro corpus manciparat. Talis illa mulier,
miro me persequabatur odio: nam & antelu-
cio recubans adhuc, subiungi machinae noui-
tium clamabat asinum. Et statim ut cubicu-
lo primū processerat, insistsens iubebat in co-
ram sui plagas mihi q̄ plurimas irrogari:
& cum tempestiuo prædio laxarentur iumē-
ta cætera, longē tardius applicari præsepio iu-
bebat. quæ sæuitia multò mihi magis genui-
nam curiositatem, in suos mores ampliaue-
rat. Nam & assiduò planè cōmeantem in eius
cubiculum quendam sentiebam iuuenem, cu-
ius & faciem uidere cupiebam ex summo stu-
dio, si tamen uelamentum capitis libertatem 50
tribuisset meis aliquando luminibus. Nec enī
mihi solertia defuisset, ad detegenda quoquo
modo pessimæ fœminæ flagitia. sed anus quæ
dam stupri sequestra, & adulterorum inter-
nuncia, de die quotidie inseparabilis aderat: 55
cum qua protinus ientaculo, ac de hinc uino
mero, mutuis uicibus uelitatas cœnas fraudu-
lentas, in exitium miserrimi mariti subdolis.

ambagibus cōstruebat. At ego quāquam gra-
uiter succensens errori Fotidis, quæ me dum
auem fabricat, perficit asinum, isto tamen uel
unico solatio ærumnabilis deformitatis meæ
5 recreabar, quodd auribus grandissimis prædi-
tus, cuncta longule etiā dissita facillimè sen-
tiebam. Deniq; die quadam timidæ illius ani-
culæ sermo talis meas affertur aureis: De isto
quidem mi herilis tecum ipsa uideris, quem
10 sine meo consilio pigrum, & formidolosum
familiarem istum sortita es, qui in suavis, &
odiosi mariti tui caperatum supercilium i-
gnauiter perhorrescit, ac per hoc amoris lan-
guidi desidia tuos uolentes amplexus discru-
15 ciat. Quanto melior Philesitærus adolescens,
& formosus, & liberalis, & strenuus, & cō-
tra maritorum inefficaces diligentias constā-
tissimus, dignus hercules solus omnium mā-
tronarum perfrui delitijs: dignus solus coro-
20 nam aureā capite gestare, uel ob unicū istud,
quod nunc nuper in quendam Xelotypū ma-
ritū eximio studio cōmentas est. Audi deniq;
& amatorū diuersum ingeniū compara. Nosti
quendam Barbarū, nostræ ciuitatis decurio-
25 nem, quē scorpionē præ morū acritudine uul-
gus appellat. Hic uxore generosam, & eximia
formositate præditā, mira custodela munitā,
domi suæ q̄ cautissimè cohibebat. Ad hæc
ultima, pistoris illa uxor subiiciens: Quidni?

L. APVLEII DE ASINO

(inquit) noui diligenter, Areten meam cōdi- 30
 scipulam memoras. Ergo (inquit) anus, nosti
 totam Philesitæri etiam ipsius fabulam? Mi-
 nimè gentium (inquit) sed nosse ualde cupio,
 & oro mater ordine mihi singula retexe. Nec
 commorata illa sermocinatrix immodica, sic 35
 anus incipit: Barbarus iste, cum necessariam
 profectiōē pararet, pudicitiamq; caræ coniu-
 gis conseruare summa diligētia cuperet, ser-
 uulum suum Myrmecem fidelitate præcipua
 cognitum, secretum cōmonet, suæq; dominae 40
 custodelam omnē permittit, carcerem & per-
 petua uincula, mortē deniq; uiolentam, & fa-
 mem cōminatus, si quisq; hominū, uel in trās-
 itu digito tenus eam cōtigisset. Idq; deierans,
 etiā confirmat p̄ omnia diuina numina. Ergo 45
 igitur summo pauore perculsum Myrmecem,
 accerrimū relinquens uxori sequitorē, securā
 dirigit profectiōē. Tunc obstinato animo ue-
 hementer anxius Myrmex, nec usquam domi-
 nam suam progredi sinebat. Et lanificio dome 50
 stico destictā, inseparabilis adsidebat. Ac tā-
 tum necessario uespertini lauacri progressu
 adfixus atque conglutinatus, extremas manu
 prehensens lacinias, mira sagacitate cōmissæ
 prouinciæ fidem tuebatur. sed ardētem Phi- 55
 lesitæri uigilantiam, matronæ nobilis pul-
 chritudo latere non potuit. Atque hac ipsa
 potissimum famosa castitate, & insignis tutelæ

nimietate instinctus, atq; inflammatus, quid-
 vis facere, quidvis pati paratus ad expugnā-
 dam tenacem domus disciplinam, totis accin-
 gitur uiribus: certusque fragilitatis humanæ
 5 fidei, & quod pecuniæ cunctæ sint difficul-
 tates peruiæ, auróq; soleant adamantinæ etiā
 perfringi fores, opportunè nactus Myrmecis
 solitatem, ei amorem suum aperit, & supplex
 eum medelam cruciatui deprecatur. Nam si-
 10 bi statutam, decretamq; mortem proximare,
 ni maturius cupito potiatur. Nec eum tamen
 quicquā in re facili formidare debere: quip-
 pe cum uespera solus fide tenebrarum cōte-
 ctus, atq; absconditus introrepere, & intra mo-
 15 mentum temporis remeare posset. His & hu-
 iusmodi suadelis, ualidum addens aculeum,
 qui rigentem prorsus serui tenacitatem uiolē-
 ter diffunderet. Porrecta enim manus sua de-
 monstrat ei nouitate nimia candentes solidos
 20 aureos: quorum uiginti quidem puellæ desti-
 nasset, ipsi uerò decem libenter offerret. Ex-
 borruit Myrmex inauditum facinus, & oc-
 clusis auribus effugit protinus. Nec auri ta-
 men splendor flammeus, oculos ipsius exire
 25 potuit. Sed quanquam procul semotus, & do-
 mum celeri gradu prouectus, uidebat tamen
 decora illa monetæ lumina, & opulentā præ-
 dam iam tenebat animo, miróque mentis sa-
 lo & cogitationis dissensione misellus in di-
 q. iij.

L. APVLEII DE ASINO

uersas sententias carpebatur, ac distraheba- 30
 tur. Illic fides, hic lucrum: illic cruciatus, hic
 uoluptas. Ad postremum tamen formidinem
 mortis uicit aurum, nec saltem spatio cupido
 formosæ pecuniæ leniebatur, sed nocturnas
 etiam curas inuaserat pestilens auaritia, ut 35
 quanuis herilis eum comminatio domi cohi-
 beret, aurum tamen foras euocaret. Tunc de-
 uorato pudore, & dimota cōtatione, sic ad au-
 res dominæ inauditum perfert: nec à genui-
 na leuitate desciiuit mulier, sed execrādo me- 40
 tallo pudicitiam suā protinus authorata est.
 Ita gaudio persusus, ad suæ fidei pretium
 Myrmex non modò capere, uerū contingere
 saltem quam exitio suo uiderat pecuniam cu-
 piens, & magnis suis laboribus perfectum de 45
 siderium Philesitæro letitia percitus nunci-
 at. statimq; destinatum præmium reposcit,
 & tenet nummos aureos manus Myrmecis,
 quæ nec æreos norat. Iamq; nocte promota,
 solum perducit ad domum, probèq; capite cō- 45
 tectum amatorem strenuum infert adusq; do-
 minæ cubiculum. Commodum nouis amplexi-
 bus amoris rudi litabāt, commodum prima sti-
 pendia Veneris militabāt, noui & nudi mili-
 tes. Et contra omnium opinionem, captata no- 55
 ctis opportunitate, iprouisus maritus assistit,
 suæ domus ianuam iam pulsāt, iam clamat,
 iam saxo fores uerberat, & ipsa tarditate ma-

gis, magisq; suspectus dira minatur Myrme-
 ci supplicia. At ille repentino malo perturba-
 tus, & misera trepidatione ad inopiam con-
 silij deductus, quod solum poterat, nocturnas
 5 tenebras causabatur sibi obsistere, quin cla-
 uem curiose absconditam reperiret. Interim
 Philesitærus cognito strepitu, raptim tunica
 iniectus, sed planè præ turbatiõe pedibus in-
 tectis, procurrit cubiculo. Tūc Myrmex tandē
 10 clauē pessulis subiecta, repandit fores, & re-
 cipit tunc etiam fidem domini boantem do-
 minū, eoq; propere cubiculum petente, clan-
 destino transcurso dimittit Philesitæru. Quo
 iam pro limine liberato, securus sui, clausa do-
 15 mo, rursum se reddidit quieti. Sed dum prima
 luce Barbarus procedit cubiculo, uidet sub le-
 ctulo soleas incognitas, quibus indutus Phile-
 sitærus irrepserat: suspectusq; è re nata, quæ
 20 gesta sunt, nō uxori, nō ulli familiarium cor-
 dolo patefacto, sublati his, & in sinum fur-
 tim absconditis, iussu tantū Myrmæ per cō-
 seruos uicto forū uersus detrahi. Tacitos secū
 nugitus iterās, rapidū dirigit gressum, certus
 25 solearū indicio uestigiū adulteri posse se per-
 facile indipisci. sed ecce p plateā dū Barbarus
 uultu turgidus, subductisq; supercilijs incedit
 iratus, ac ponè eum Myrmex uinculis obru-
 tus, non quidem corā noxæ prebensus, con-
 sciētia tamen pessima permixtus, lachrymis
 q. iij.

uberibus, iam postremis lamentationibus in- 30
 efficacē cōmouet miserationē. Opportunē Phi-
 lesitarus occurrens, quanquā diuerso quodā
 negotio destinatus, repentina tamen facie per-
 motus, non enim deterritus recolens festina-
 tionis suæ delictum, ut cætera consequenter 35
 suspicatus, sagaciter extemplo sumpta familia
 ri constantia, dimotis seruulis, inuadit cū sum-
 mo clamore Myrmecem, pugniq; malas eius
 clemēter obtundēs: At te (inquit) nequissimū
 & periurū caput, dominus iste tuus, & cum. 40
 ceta cæli numina, quæ deierādo temerē deuo-
 tasti, pessimū pessimē perdant, qui de balneis
 soleas hesternā die mihi furatus es. Dignus
 hercules, dignus, qui Crista uicula cōteras, &
 insup etiā carceris tenebras perferas. Hac op 45
 portuna fallacia uigorati iuuenis inductus,
 imō sublatus, & ad crudelitātē delapsus Bar-
 barus, postliminio domum regressus, uocato
 Myrmecæ, soleas illas offerens, & ignouit ex
 animo, & uti domino redderet, cui subripue- 50
 rat, suasit. Hactenus adhuc anicula garriente
 suscipit mulier: Beatā illā, quæ tā cōstātis so-
 dalis libertate fruitur. At ego misella, molæ
 etiā sonū, & cecā illius scabiosi asini faciē ti-
 mentē familiārē incidi. Ad hæc anus, Iā ego 55
 tibi pbe suasum & cōfirmatū animi, amatore
 illū alacrē uadimonio sistam. Et insuper cōdi-
 cta uespertina regressione, cubiculo faceffit.

At pudica uxor, statim cœnas saliares comparat, uina pretiosa defœcat, pulmenta recentia tuætis temperat. Mensa largiter instructa, deniq; ut dei cuiusdam, sic aduentus expectatur

5 adulteri: nam & opportunè maritus foris apud Nacam proximum cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem absolutus, refectuique securè redditus, non tam hercules laboris libertatem gratulabar, quàm

10 quòd reuelatis luminibus, liber etiam cûctas facinorosæ mulieris arteis prospectare poteram. sol quidè ipsum delapsus oceanum subterrenas orbis plagas illuminabat. Et ecce nequissimæ anus adhærens lateri temerarius

15 adulter aduentat, puer admodum, & adhuc lubrico genarum splendore conspicuus, adhuc adulteros ipse delectans. Hunc admodū multis suauis exceptum, mulier cœnā iubet paratā accumbere. sed ut primum antecursoriam

20 potionem, & inchoatum gustum extremis labijs contingebat adolescēs, multò celerius opinione, rediens maritus aduentat. Tunc uxor egregia diras deuotiones in eū deprecata, & crurum eius fragium abominata, ex angui for

25 midine trepidatē adulterum, aluo ligneo, quo frumenta confusa purgari consueuerant, temerè propter iacenti suppositum, abscondit: ingenitaq; astutia, dissimulato tanto flagitio, intrepidum mentita uultum, percontatur

L. APVLEII DE ASINO

de marito, cur utique contubernalis arctissi- 30
mi relictæ cœnula, præmaturus afforet. At il-
le dolenti prorsus animo suspirans assidue:
Nefarium (inquit) & extremū facinus per-
ditæ fœminæ tolerare nequies, fuga me prori-
pui. Hem qualis dii boni matrona, quàm fida, 35
quàmque sobria turpissimo se dedecore fœda
uit. Iuro per istam ego sanctam Cererem, me
nūc etiam meis oculis de tali muliere minus
credere. His instincta uerbis mariti, audacissi-
ma uxor noscendæ rei cupiens, non cessat ob- 40
tundere, totam prorsus à principio fabulam
promeret. Nec destitit donec eius uoluntati
succubuit maritus: & sic ignarus suorum, do-
nus alienæ percenset infortunium: Contuber-
nalis mei fullonis uxor, alioquin seruati pудо 45
ris (ut uidebatur) fœmina, quæ semper se-
cundo rumore gloriosa, larem mariti pudicè
gubernabat, occulta libidine prorupit in adul-
terum quempiam. Cūmq; furtiuos amplexus
obiret assidue, ipso illo denique momento, quo 50
nos lauti cœnam petebamus, cum eodem illo
iuuene nuscabatur in Venerē. Ergo nostra re-
pente turbata præsentia, subitario ducta con-
filio, eundem illum subiectum contegit ui-
minea cauea, quæ fustium flexu erat in re- 55
ctum aggregata cumulum, laciniâsque cir-
cūdatas suffusas candido fumo sulphuris in-
albabat. Eoque iam, ut sibi uidebatur, tu-

tissimè ælato, mensam nobiscum secunda par-
 ticipat. Interim acerrimo, grauique odore
 sulphuris iuuenis inescatus, atque obnubila-
 tus, intercluso spiritu difflebat: utq; est in-
 5 genium uiuacis metalli, crebras ei sternuta-
 tiones commouebat. Atque ut primum è re-
 gione mulieris, ponè tergum eius maritus ac-
 ceperat sonum sternutationis, quod enim pu-
 taret ab ea profectum, solito sermone salu-
 10 tem ei fuerat imprecatus. Et iterato rursum,
 et frequentato sæpius, donec rei nimietate
 commotus, quæ res erat tandem suspicatur.
 Et impulsam protinus, remotaque cauea,
 producit hominem, crebros anhelitus ægrè ef-
 15 flantem. Inflammatusq; indignatione cõtume-
 liæ, gladium flagitans, iugulare moriturũ ge-
 stiebat, ni respectato communi periculo, uix
 eum ab impetu furioso cohibuisssem, adseue-
 rans breui, absque noxa nostri, suapte inimi-
 20 cum eius uiolentia sulphuris periturum. Nec
 suadela mea, sed ipsius rei necessitate lenitus,
 quippe iam semiuiuum illum, in proximum
 deportat angiportum. Tum uxorem eius taci-
 tẽ suasi, ac denique persuasi, seæderet paulu-
 25 lum, atque ultra limen tabernæ, ad quampiã
 tantisper familiarem sibi mulierẽ, quoad spa-
 tio feruens mariti sedaretur animus: qui tan-
 to calore, tantæque rabie perculsus, non eram
 dubius aliquid etiã de se, suãq; coniuge tristi-

I. APVLEII DE ASINO

us profectò cogitaret aliud. Cõtubernalis epu 30
 larum tædio fugatus, larẽ reueni meum. Hæc
 recensente pistore iandudum prociæ, & te-
 meraria mulier, uerbis execrantibus, fullonis
 illius detestabatur uxorem illam perfidam, il-
 lam impudicam, denique uniuerſi ſexus gran 35
 de dedecus, quæ ſuo pudore poſtpoſito, toriq;
 genialis calcato fœdere, larem mariti lupanari
 maculaſſet infamia: iámq; perdita nuptæ di-
 gnitate, proſtitutæ ſibi nomen adſciuerit. Ad-
 debat & taleis oportere uiuas exuri fœmi- 40
 nas: & tamen taciti uulneris, & ſuæ ſordidæ
 conſcientiæ commonita, quò maturius ſupra-
 torem ſuum tegminis cruciatu liberaret, iden-
 tidem ſuadebat maritum temperius quieti re-
 cedere. At ille utpote intercepta cœna, ne pro- 45
 fugeret prorſus ieiunus, menſam poni comi-
 ter poſtulabat. Apponebat ei properè, quan-
 uis inuita mulier, quippini deſtinatã aliq. ſed
 mihi penitus carpebantur præcordia, & præ-
 cedens facinus, ac præſentem deterrimæ fœ- 50
 minæ conſtantiam cogitanti: mecúmque ſedu-
 lo deliberabã, ſi quo modo poſſem deſectis, ac
 reuelatis fraudibus, auxilium meo perhibere
 domino: illúmq; qui inſtar teſtudinis, alueum
 ſuccubabat, depulſo tegmine cunctis palã fa- 55
 cere. ſic herili contumelia me cruciatum, tan-
 dem cæleſtis reſpexit prouidentia. Nam ſenex
 claudus, cui noſtra tutela pmiſſa fuerat, uni-

uersa nos iumenta, id hora iam postulante, ad
 lacum proximū bibendi causa, gregatim pro-
 minabat. Quæ res optatissimam mihi uindi-
 ctæ subministravit occasionem. nanque præ-
 5 tergrediens, obseruatos extremos digitos adul-
 teri, qui per angustias caui tegminis promine-
 bant, obliquata atque infesta ungula compres-
 sos, usque ad summam minutiem contero, do-
 nec intolerabili dolore commotus, sublato fle-
 10 bili clamore, repulsq; & abiecto alueo cōspe-
 ctui prophano redditus, scenam propudiosæ
 mulieris patefecit. Nec tamē pistor damno pa-
 dicitæ magnopere commotus, exangui pallo-
 re trepidantem puerum, serena frōte, & pro-
 15 pitiatâ facie, commulcens incipit: Nihil triste
 de me tibi fili metuas, non sum barbarus, nec
 agresti morum squalore præditus, nec ad ex-
 emplum machinæ truculentæ sulphuris te le-
 thali fumo necabo, ac ne iuris quidem feueri-
 20 tate lege de adulterijs ad discrimen uocabo ca-
 pitis, tã uenustū atq; pulchellū puellū, sed pla-
 nè cū uxore mea partiario tractabo, nec her-
 ciscundæ familiæ, sed communi diuidundo,
 formula dimicabo, ut sine ulla controuersia
 25 uel dissensione, tribus nobis in uno conueni-
 at lectulo. Nam & ipse semper cum mea con-
 iuge tam concorditer uixi, ut ex secta pruden-
 tium, eadem nobis ambobus placeret. sed nec
 æquitas ipsa patitur habere plus authoritatis

uxorem quàm maritum. Talis sermonis blan 30
 ditia cauillatum deducebat ad torum nolen-
 tem puerum, sequentem tamen: & pudicissi-
 ma illa uxore alterorsus disclusa, solus ipse cū
 puero cubans, gratissima corruptarum nu-
 ptiarum uindicta perfruebatur. sed cum pri- 35
 mū rota solis lucida diem peperit; uocatis
 duobus ē familia ualidissimis, quàm altissi-
 mē sublato puero, ferula nateis eius obuerbe-
 rans: Tu autem (inquit) tam mollis ac tener
 & admodum puer, defraudatis amatoribus 40
 ætatis tuæ flore, mulieres appetis, atque eas
 liberas: & connubia lege sociata corrumpis,
 & intempestiuum tibi nomen adulteri uindi-
 cas? His & pluribus uerbis compellatum, &
 insuper affatim plagis castigatum, forinsecus 45
 abiicit. At ille adulterorum omnium formosif-
 simus, insperata potitus salute, tamē nates can-
 didas illas noctu, diūq; disruptus, mœrēs pro-
 fugit. Nec secius pistor ille nuncium remisit
 uxori, eamq; protinus de sua perturbauit do 50
 mo. At illa præter genuinam nequitiam, contu-
 melia etiam, quanuis iusta, tamen altius com-
 mota atque exasperata, ad armillum reuer-
 tit, & ad familiareis fœminarum arteis ac-
 cenditur: magnæque cura requisitam uera 55
 tricem quandā fœminā, quæ deuotionibus, ac
 maleficijs, quiduis efficere posse credebatur,
 multis exorat precibus, multisque suffarcinat

- muneribus, alterum de duobus postulans, uel
 rursum mitigato conciliari marito, uel si id
 nequiuert, certe larua uel aliquo diro numi-
 ne immisso, uolenter eius expugnari spiritū.
- 5 Tūc saga illa, & diuinipotens, primis adhuc
 armis facinorose disciplinae suae uelutatur, &
 uehementer offensus mariti flectere atq; in
 amorē impellere conatur animū. Quae res cū
 ei secius ac rata fuerat proueniret, indignata
- 10 numinibus, & praeter praemij destinatū com-
 pendium, contemptione etiam stimulata, ipsi-
 iam miserrimi mariti incipit imminere capi-
 ti, umbramq; uolēter peremptae mulieris ad
 exitiū eius instigare. sed forsitan lector scru-
- 15 pulosus reprehendens narratū meū sic argu-
 mentaueris: vnde autem tu astutule asine, in-
 tra terminos pistrini contactus, quid secretū,
 ut affirmas, mulieres gesserint, scire potuisti?
 Accipe igitur quemadmodum homo curiosus
- 20 iumentū faciem sustinens, cuncta quae in per-
 niciem pistoris mei gesta sunt, cognoui. Diem
 ferme circa mediam, repente intra pistrinum
 mulier reatu, mirāq; tristitia deformis appa-
 ruit, flebili cētuculo semiamicta, nudis & in-
- 25 tectis pedibus, lurore buxco, macieque foeda-
 ta, & discriptae comae semicanae sordentes
 inspersu cineris, plerumque eius anteuentu-
 lae contegebant faciem. Haec talis, manu pisto-
 ri clementer iniecta, quasi quippiam secreto

I. APVLEII DE ASINO

collocutura, in suum cubiculum deducit eum. 30
 Et adducta fore, quàm diutissimè demora-
 tur. sed cum esset iam confectum omne fru-
 mentum, quod inter manus opifices tractaue-
 rant, necessariòque peti deberet aliud, seruuli
 cubiculum propter astantes, dominum uoca- 35
 bant, operique supplementum postulabant.
 Atque ut illis sepicule & interuocaliter po-
 stulantibus nullus respondit, domini iam fo-
 rem pulsare ualidius: & quodd diligentissimè
 fuerat oppeffulata, malum, peiúsque aliquid 40
 opinantes, nixu ualido reducto, uel difracto
 cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec us-
 piam reperta illa muliere, uidet è quodam ti-
 gillo constrictum, atque exanimem pendere
 dominum: eúmque nodo ceruicis absolutum, 45
 detractúmque summis plāgoribus, summisque
 lamentationibus, atque ultimo lauacro procu-
 rant. Peractisque feralibus officijs, frequenti-
 que prosequente comitatu, tradunt sepultu-
 ræ. Die sequenti filia eius occurrit è proximo 50
 castello, in quod pridie denupserat, mœstaque.
 crines pendulos quatiens, & interdum pu-
 gnis obtundens ubera, quæ nullo quidem do-
 mus infortunium nunciante cuncta cognoue-
 rat: sed ei per quietem obtulit sese flebilis pa- 55
 tris sui facies, adhuc nodo reuincta ceruicæ, ei-
 que totum nouercæ scelus aperuit, de adalte-
 rio, de maleficio, & quemadmodum laruatus

ad inferos demeasset. Et cum se diutino plan-
gore cruciasset, concursu familiariū cōhibita,
tandem pausam luctui facere. Iamque nono
die ritē completis apud tumulum solēnibus,
5 familiam, supellectilēmq; & omnia iumenta
ad hēreditariam deducit auctiōnem. Tūc unū
larem uariē dispergit, uenditionis incertae li-
centiosa fortuna. Me deniq; ipsum paupercu-
lus quidam hortulanus comparat quinquā-
10 ginta nummis, sed magno, ut aiebat, sed ut cō-
muni labore uictum sibi quæreretur. Res ipsa
mihi poscere uidetur, ut huius quoque seruitij
mei disciplinam exponam. Matutino me nul-
tis oleribus onustum, proximam ciuitatē de-
15 ducere consueuerat dominus, atque ibi uendi-
toribus tradita mercēde, dorsum insidens me-
um, sic hortum redire. Ac dum fodiens, dum
irrigans, ceteroque incuruus labore deseruit,
ego tātis per otiosus tacita quiete recreabar.
20 Sed ecce syderum ordinatis ambagibus, per
numeros dierum ac mēsum remeans annus,
post mustulentas autumnī delitias, ad hyber-
nas Capricorni pruinas deflexerat, & assidu-
is pluuijs, nocturnisque rorationibus, sub dio,
25 & intecto conclusus stabulo, continuo discru-
ciabar frigore: quippe cum meus dominus
prae nimia paupertate, ne sibi quidem, nedū
mihi posset stramen aliquod uel exiguum te-
gumen parare, sed frondoso casulae contentus

II. APVLEII DE ASINO

umbraculo degeret. Ad hoc matutino lutum 30
 nimis frigidum, gelúque præacuta frustra nu-
 dis inuadēs pedibus enitebar, ac ne suetis sal-
 tem cibarijs uentrem meum replere poteram.
 Nanq; & mihi, & ipsi domino coena par, ac
 similis oppidò, sed tenuis aderat, lactucæ uete 35
 res & insuaues, illæ quæ seminis enormi se-
 necta, ad instar scoparum in amaram coenosi
 succus cariem exolescunt. Nocte quadam pa-
 terfamilias, qui pago proximo, tenebris illu-
 næ caliginis impeditus, & hymbre nimio ma 40
 defactus, atque ob id ab itinere directo cohibi-
 tus, ad hortum nostrum iam fesso equo diuer-
 terat. Receptúsq; comiter pro tempore, licet nõ
 delicato, necessario tamen quietis subsidio re-
 munerari benignū hospitem cupiens, promit- 45
 tit ei de præsidijs suis sese daturum & fru-
 menti & oliui aliquid, & amplius duos uini
 cados. Nec moratus meus dominus, sacculo et
 utribus uacuis secum apportatis, nudæ spinæ
 meæ residens, ad sexagesimū stadiū profectio. 50
 nem cõparat. Eo iam cõfecto uiæ spatio, perue-
 ninus ad prædictos agros. Ibiq; statim meū
 dominum comis hospes opipari prandio par-
 ticipat. Iam his poculis mutuis alterquantibus,
 mirabile prorsus euenit ostentum. Vna de cæ 55
 tera cohorte gallina per mediā cursitās areā,
 clamore genuino uelut ouum parere gestiens
 personabat. Eam suus dominus intuens: O bo-

na (inquit) ancilla, & satis foecunda, quæ
 multo iam tempore nos quotidianis partibus
 saginasti, nunc etiam cogitas, ut uideo, gustu-
 lum nobis præparare. Et heus (inquit) puer
 5 calathum foetui gallinacio destinatum angu-
 lo solito collocato. Ita uti fuerat iussum procu-
 rante puero, gallina consuetæ lecticulæ spre-
 to cubili, ante ipsos pedes domini præmaturus,
 sed magno prorsus futurum scrupulo prodidit
 10 partum. Non enim ouum quod scimus illud,
 sed pinnis & unguibus, & oculis, & uocæ eti-
 am perfectum ædedit pullum, qui matrem su-
 am continuè cœpit comitari. Nec eo secius lō-
 gè maius ostentum, & quod meritò perhor-
 15 rescerent, exoritur. sub ipsa enim mensa, quæ
 reliquias prandij gerebat, terra dehiscens imi-
 tus, largissimus emicuit fons sanguinis. Hinc
 resultantes uberrimæ guttæ, mensam cruore
 perspergunt: ipsoq; illo momento, quo stupo-
 20 re defixi mirantur, ac trepidant diuina præ-
 sagia, concurrit unus è cella uinaria, nunci-
 ans omne uinum, quod olim diffusum fuerat
 in omnibus dolijs, feruenti calore & pror-
 sus ut igni copioso subdito rebullire. Visa
 25 est interea mustela mortuum serpentem fo-
 rinsecus mordicus attrahens: & de ore pa-
 storitij canis, uirens exiit ranula, ipsum-
 que canem, qui proximus consistebat aries
 appetitum unico morso strangulauit. Hæc
 r.ij.

L. APVLEII DE ASINO

tot & talia ingēti pauore domini illius, & fa 30
 milie toti⁹, ad extremū stuporē deiecerāt ani
 mos: quid prius, quidue posterius, quid maius,
 quid minus numinum cælestiū leniendis mi
 nis, quot & qualibus procuraretur hostijs.
 Adhuc omnibus expectatione deterrimæ for. 35
 midinis torpidis, accurrit quidam seruulus,
 magnas & postremas domino illi fundorum
 cladeis annunciās. Nanq; is adultis iā tribus.
 liberis, doctrina instructis, & uerecūdia præ.
 ditis, uiuebat gloriosus. His adoleſcētibus erat 40
 cū quodā paupere, modicæ casulæ domino, ue
 tus familiaritas. At enī casulæ paruulæ cōter.
 minos magnos & beatos agros possidebat ui
 cinus potens, & diues & iuuenis, & prosa
 piæ maiorum gloria malè utens: pollēnsque 45
 factionibus, & cuncta faciliē faciens in ciui
 tate, hostili modo uici tenuis incurſabat pau
 periem, pecua trucidādo, boues abigendo, fru
 ges adhuc immaturas obterendo. Iāmque to
 ta frugalitate spoliatum, ipsis etiam glebulis 50
 exterminare gestiebat, finiumque inani com
 mota quæſtione, terram totam sibi uendica
 bat. Tunc agrestis, uerecundus alioquin, aua
 ritia diuitis iam spoliatus, ut suo saltem se
 pulchro paternum retineret solū, amicos plu. 55
 rimos ad demonstrationem finium trepidans
 eximie corrogarat. Aderant inter alios, tres
 illi fratres, cladibus amici, quantulum se-

rentes auxilium, nec tamen ille uesanus, tantillum præsentia multorum ciuium territus, uel etiam confusus, licet non rapinis, saltem uerbis temperare uoluit. sed illis clementer expostulantibus, feruidósque eius mores blanditijs permulcentibus, repente suam, suorumque carorum salutem quam sanctissimè adiurans, adfuerat, parui se pendere totam mediatorum præsentiam. Denique uicinum illum auriculis per suos seruulos sublatum, de casula longissimè, statimque proiec-
 10 tum iri. Quo dicto insignis indignatio totos audientium pertentaui animos. Tunc unus è tribus fratribus incontanter, & paulò liberius respondit: Frustra eum suis opibus confisum, tyrannicam superbiam comminari: cum alioquin pauperes etiam liberali legum præsidio, de insolentia locupletum consueuerint uindicari, Quod oleum flam-
 20 mæ, quod sulphur incendio, quod flagellum furie, hoc & iste sermo truculentie hominis nutrimento fuit. Iamque ad extremam insaniam uecors, suspendium sese, & totis illis, & ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoritios, uillaticos, feros atq; immaneis, assuetos abiecta per agros exicare cadauera: præterea etiam transeuntium uiatorum passim morsibus alumnatos laxari, atque in eorum exitium inhortatos, immitti præcepit. Qui si.
 r. iij.

L. APVLEII DE ASINO

mul signo solito pastorum incensi, atque in- 30
 flammati sunt, furiosa rabie conciti, & la-
 tratibus etiam absonis horribiles, eunt in ho-
 mines, eosque varijs aggressi uulneribus dis-
 trahunt, ac lacerant: nec fugientibus saltem
 compeſcunt, sed eo magis irritatiores sequun- 35
 tur. Tunc inter confertam trepidæ multitudi-
 nis stragem, è tribus iunior offenso lapide, at-
 que obtusis digitis, terræ prosternitur, sæ-
 uisq; illis, ac ferocissimis canibus instruit ne-
 fariam dapem. Protinus enim nacti prædam 40
 iacentē, miserum illum adolescentem frustra-
 tim discerpunt. Atque ut eius lethalem ulula-
 tum cognouere cæteri fratres, accurrunt mœ-
 sti suppetias, obuolutisque lacinia leui mani-
 bus lapidū crebris iactibus propugnare fra- 45
 tri, atq; abigere canes aggrediuntur. Nec ta-
 men eorum ferociam, uel conterere, uel expu-
 gnare potuere: quippe cum miserrimus adole-
 scens ultima uocē prolata, uindicarent de pol-
 lutissimo diuite mortem fratris iunioris, illico 45
 laniatus interijſſet. Tunc reliqui fratres, non
 tam hercules desperata, quàm ultro negle-
 cta sua salute, contendunt ad diuitem, atque
 ardentibus animis, impetūque uesano lapidi-
 bus crebris in eum uelitantur. At ille cruen- 55
 tus & multis ante flagitijs similibus exerci-
 tatus percussor, iniecta lancea duorum alte-
 rum per pectus medium transadegit: nec ta-

men peremptus, ac prorsus exanimatus adoleſcens ille terræ concidit. Nam telum traſue-
 etum, atque ex maxima parte ponè tergum
 elapſum, ſolòque nixus uiolentia deſixum, ri-
 5 gore librato ſuſpenderat corpus. ſed & qui-
 dam de ſeruulis procerus & ualidus ſicario
 illi ferens auxilium, lapide contorto, tertij il-
 lius iuuenis dexterum brachium, longo iactu
 petierat. ſed impetu caſſo, per extremos di-
 10 gitos tranſcurrens lapis, contra omnium opi-
 nionem deciderat innoxius, nõnullam tamen
 ſagaciſſimo iuueni prouentus humanior uin-
 dictæ ſpeculam ſubminiſtrauit. Ficta nan-
 que manus ſuæ debilitate, ſic crudeliſſimum
 15 iuuenem compellat: Fruere exitio totius no-
 ſtræ familiæ, & ſanguine trium fratrum
 inſatiabilis tuam crudelitatem paſce, & de
 proſtratis tuis ciuibus, glorioſe triumphatum
 ſcias, licet priuato ſuis poſſeſſiõibus paupere,
 20 fines uſque & uſq; proterminaueris, habitu-
 rum te tamẽ uicinum aliquem. Nam hæc eti-
 am dextra, quæ tuum prorsus amputaſſet
 caput, iniquitate fati contuſa decidit. Quo
 ſermone alioqui exaſperatus furioſus latro,
 25 raptò gladio, ſua miſerrimum iuuenem ma-
 nu perempturus, inuadit auidus. Nec ta-
 men ſui molliorem prouocauerat: quippe in-
 ſperato, & longè contra eius opinionem
 reſiſtens iuuenis, amplexu fortiſſimo ar-
 r.iii.

ripit eius dexteram, magnoque nixu, ferro li 30
 brate, multis & crebris ictibus impuram eli-
 dit diuitis animam: & ut adcurrentium eti-
 am familiarium manu se liberaret, confestim
 adhuc inimici sanguine delibuto mucrone, gu-
 lam sibi prorsus execut. Hæc erant quæ pro- 35
 digiosa præsagiuerant ostenta, hæc quæ mi-
 ferrimo domino fuerant nunciata, nec ullum
 uerbum, ac nec tacitum quidē fletum tot ma-
 lis circumuentas senex quiuit emittere. sed
 arrepto ferro, quo commodum inter suos epu 40
 lones casum, atq; alias prandij partis diuise-
 rat, ipse quoq; ad instar infelicissimi sui filij,
 iugulum sibi multis ictibus contrucidat, quo-
 ad super mensam tremulus corruens, porten-
 tuosi cruoris maculas noui sanguinis fluuio 45
 proluit. Ad istum modum puncto breuissimo,
 dilapsæ domus fortunam hortulanus ille mi-
 seratus, suosq; casus grauitè ingemiscens, de-
 p̄sis pro prædio lachrymis, uacuasq; manus
 complodens sæpiculè, protinus in seffo me re- 50
 tro quam ueneramus uiam capeffit. Nec inno-
 xius ei saltem regressus euenit. Nam quidam
 procerus, & ut indicabat habitus, atque ha-
 bitudo, miles è legione factus nobis obuius,
 superbo atque arroganti sermone percōtatus 55
 est, quorsum uacuum duceret asinum. At me-
 us dominus, adhuc mœrore permixtus, &
 aliàs Latini sermonis ignarus, tacitus præ-

- teribat. Nec miles ille familiarē cōhibere quā-
 uit insolentiam, sed indignatus silētio eius ut
 conuitio, uite quam tenebat, obtundens eum,
 dorso meo perturbat. Tunc hortulanus sup-
 5 plicuē respondit, sermonis ignorantia se, quid
 ille diceret, scire non posse. Ergo igitur ægrē
 subijciēs miles, vbi (inquit) ducis a sinū istū?
 Respondit hortulanus petere se proximā ci-
 uitatem. sed mihi (inquit) operæ eius opus est.
 10 nam de pximo castello sarcinas præsidis no-
 stri cum cæteris iumentis debet aduehere. Et
 iniecta statim manu, loro me quo ducebar ar-
 reptum incipit trahere. sed hortulanus prio-
 ris plagæ uulnere prolapsus capite sanguinē
 15 detergens, rursus deprecatur, ciuilius atque
 mansuetius uersari commilitonem, idque per
 spes prosperas eius orabat adiurās. Nam &
 hæc ipse aiebat, iners asellus & nihilominus
 morbo detestabili caducus, uix etiam paucos
 20 olerum manipulos de proximo solet, anhelitu
 languido fatigatus, subuehere, nedum ut re-
 bus amplioribus idoneus uideatur gerulus.
 sed ubi nullis precibus mitigari militem, ma-
 gisq; in suam perniciē aduertit efferari, iām.
 25 que inuersa uite de uastiore nodulo cerebrum
 suum diffindere, currit ad extrema subsidia:
 simulānsq; ad commouendam miserationem,
 genua eius uelle contingere, summissus atque
 incuruatus, arreptis eius pedibus utrisq; sub.

limem elatum terræ grauitèr applodit, & sta 30
 tim qua pugnis, qua cubitis, qua morsibus,
 etiam de uia lapide correpto, totam faciem,
 manúsque eius & latera conuerberat. Nec il-
 le ut primum humi supinatus est, uel repugna-
 re, uel omnino munire se potuit, sed planè idē. 35
 tidem comminabatur, si surrexisset, sese con-
 cisurum eum machæra frustatim. Quo sermo
 ne eius commones factus hortulanus, eripit ei
 spatham: eaque longissimè abiecta, rursum sæ-
 uioribus eum plagis aggreditur. Nec ille pro. 40
 stratus, ac præuentus uulneribus, ullum re-
 perire quies saluti subsidium, quod solum re-
 stabat simulat sese mortuum. Tunc spatham
 illam secum adportans hortulanus, in sceno
 me concito gradu rectè festinat ad ciuitatem: 45
 nec hortulum suum saltem curans inuisere,
 ad quempiam sibi deuertit familiarem, cum-
 etis que narratis, deprecatur, periclitanti sibi
 ferret auxilium, seque cum suo sibi asino tan-
 tisper occultaret, quoad celatus spatio bidui, 50
 triduiue capitalem causam euaderet. Nec obli-
 tus ille ueteris amicitie præptè suscipit, meq;
 per scalas complicitis pedibus in superius cœ-
 naculum attracto, hortulanus deorsus in ipsa
 tabernula direpit in quandam cistulam, & 55
 supergesto delitescit orificio. At miles ille, ut
 postea didici, tādē uelut emersus graui cra-
 pula, nutabundus tamen, & tot plagarū do-

lore saucius, baculo se uix sustinens, in ciuitatem aduentat: confususque de impotentia, deque inertia sua quicquam ad quēquam referre popularium, sed tacitus iniuriam deuorans, quosdam commilitones nactus, istam tunc cladem enarrat suā. Placuit ut ipse quidem contubernio se tantisper absconderet. Nam præter propriam contumeliam, militaris etiam sacramēti genium ob amissam spatiam uerebatur: ipsi autē signis nostris enotatis, inuestigationi, uindictæque sedulam darent operam. Nec defuit uicinus perfidus, qui nos illico occultari nunciaret. Tum commilitones accersitis magistratibus, mentiuntur se se, multi pretij uasculum argenteum præsidis in uia perdidisse, idque hortulanum quendam reperisse, nec uelle restituere, sed apud familiarem quendam sibi delitescere. Tunc magistratus ex damno præsidis nomine cognito, ueniunt ad diuersorij nostri fores, clarāque uoce denunciant hospiti nostro, nos quos occultaret apud se, certò certius dedere potius quàm discrimen proprij subiret capitis. Nec ille tantillum conterritus, salutique studens eius quē in suā receperat fidem, quicquā de nobis fatetur, ac diebus plusculis, nec uidisse quidē illū hortulanū contendit. Cōtrā milites, ibi nec uspiā illū delitescere adiurantes, geniū principis cōtendebant. Postremum ma-

L. APVLEII DE ASINO

gistratibus placuit obstinatè denegatè scruti 30
 nio detegere. Immissis itaq; lictoribus, cate-
 risq; publicis ministris, angulatim cuncta sedu-
 lè perlustrari iubent, nec quisquā mortalium,
 ac ne ipse quidem asinus intra limen compa-
 rere nunciatur. Tunc gliscit uioletior utrinq; 35
 secus contentio militum, pro comperto de no-
 bis asseueratium, fidemq; Cæsaris identidem
 implorantium: at illius negantis, assiduè que
 deum numen obtestantis. Qua cōtentione, et
 clamoso strepitu cognito, curiosus alioquin, et 40
 inquieti procacitate præditus asinus, dū obli-
 quata ceruicè per quādam fenestrulam, quid-
 nam sibi uellet tumultus ille prospicere ge-
 stio, unus è cōmilitonibus casu fortuito colli-
 matis oculis ad umbrā meā, cunctos testatur 45
 in coram. Magnus deniq; continuo clamor ex
 ortus est. Et emēsis protinus scalis iniecta ma-
 nu, quidam me uelut æptium de trahunt.
 Iamque omni sublata contatione, scrupulo-
 sius cōtemplantes singula, cista etiam illa re- 50
 uelata, repertum, productūque et oblatum
 magistratibus miserum hortulanum, pœnas
 scilicet pensurum in publicum deducunt car-
 cerem, summòque risu de meo prospectu æ-
 uillari non desinunt. Vnde etiam de prospe- 55
 ctu et umbra asini natum est frequens pro-
 uerbiū.

Argumentum decimi libri.

Hoc decimo libro continetur militis cū asino ad ciuitatē accessus, facinoris muliebris ob amorē incēstum, infandūmq; luculēta descriptio, asini duobus fratribus facta uenditio, 5 quorū alter pistor erat, alter coquus. Mox fratru ob asini furtiuā rapinā cibariā dissidium atq; contentio. Asini uita genialis, & parasitica sub domino mitiore, eiusdēq; cū matrona amorabunda concubitus, foeminae scelestae ad 10 bestias damnatio, iudicij Paridis editio, asini fuga ex spectaculo.

2 L. APVLEII MA

DAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI, DE ASINO AVREO LIBER DECIMVS.

15



20

1e sequēti meus quidē dominus hortulanus, quid egerit, nescio: me tamen miles ille, qui propter eximiā impotentiam pulcherrimē uapularat, ab illo prae sepio, nullo equidē cō 15 tradicente, diductū abducit, atq; à suo cōtū. 20 bernio (hoc enim mihi uidebatur) sarcinis p.

L. APVLEII DE ASINO

prijs onustum, & prorsus exornatum, arma- 30
 tūmq; militariter producit ad uiam. Nam &
 galeam nitore præmicantem, & scutum cete-
 ris his longius lucens, sed etiam lanceam lō-
 gissimo hastili conspicuam, quæ scilicet non
 disciplinæ tunc quidem causa, sed propter ter- 35
 rendos miseros uiatores, in summo atq; edito
 sarcinarum cumulo ad instar exercitus sedu-
 lō composuerat. Confecta campestri, nec adeò
 difficili uia, ad quandam ciuitatulam perue-
 ninus, nec in stabulo, sed in domo cuiusdam 40
 decurionis diuertimus. statimq; me commē-
 dato cuidam seruulo, ipse ad præpositum suū
 qui nulle armatorum ducatū sustinebat, so-
 licitè proficiscitur. Post dies plusculos, ibidem
 designatum scelerstū & nefarium facinus me- 45
 mini, sed ut uos etiam legatis ad librum pro-
 fero. Dominus ædium habebat iuuenem filiū,
 probè literatum, atq; ob id consequenter pie-
 tate, modestiāq; præcipuum, quem tibi quoq;
 puenisse cuperes, uel talē. Huius matre mul- 50
 tō ante defuncta, rursum matrimonium sibi
 reparauerat. Ductaq; alia, filium procreaue-
 rat alium, qui iam duodecinum ætatis annū
 supergesserat: sed nouerca, forma magis, q̃ mo-
 ribus in domo mariti præpollens, seu natura- 55
 liter impudica, seu fato ad extremum impul-
 sa flagitium, oculos ad priuignū adiecit. Iam
 ergo lector optime, scito te tragædiam non fa-

- bulam legere, & à focco ad cothurnum ascē-
dere sed mulier illa, quandiu primis elemen-
tis Cupido paruulus nutriebatur, imbecillis
adhuc eius uiribus facile ruborem tenuē de-
5 primens, silentio resistebat. At ubi completis
igne uesano totis præcordijs, immodicè bac-
chatus amor exæstuabat, sæuienti deo iā suc-
cubuit. Ac languore simulato, uulnus animi
mentitur in corporis ualitudine. Iam cætera
10 salutis, uultusq; detrimēta, & ægris, & amā-
tibus examussim conuenire, nemo qui nesciat.
Pallor deformis, marcētes oculi, lassæ genua,
quies turbida, & suspiritus cruciatus tardi-
tate uehēmētiōr: crederes & illam fluctuare
15 tantū uapōre febriū, nisi q̄ & flebat. Heu me
dicorū ignaræ mētes, quid uenæ pulsus, quid
caloris intemperantia, quid fatigatus anhel-
tus, & utrinq; secus iactatæ crebiter laterū
mutuæ uicissitudines. Dū boni, quā facilis
20 licet non artificī medico, cuius tamen docto
Veneriæ cupidinis cōprehēsiō, cū uideas ali-
quem sine corporis calore flagrantem. Ergo
igitur impatientia furoris altius agitata, diu-
tinū rupit silentiū, & aduocari præcipit fili-
25 um: quod nomē in eo ipso, sed ne ruboris ad-
moneretur, libenter eraderet. Nec adolescens
agrè parentis moratus imperiū, senili tri-
stitia striatam gerens frontem, cubiculū petit
uxoris patris, matrīsq; fratris utcūq; debitū

sistens obsequium. sed illa cruciabili silentio 30
 diutissime fatigata, & in quodam uado dubi-
 tationis hærens, omne uerbum quod præsen-
 ti sermoni putabat aptissimum, rursum impro-
 bans, nutante etiam nunc pudore, unde po-
 tissimum caperet exordiū, decontatur. At iu- 35
 uenis nihil etiam tunc secius suspicatus, sum-
 misso uultu rogat ultro præsentis causam æ-
 gritudinis. Tunc illa nacta solitudinis dāno-
 sam occasionem, prorumpit in audaciam, &
 ubertim ad lachrymas, laciniaq; cōtegens fa- 40
 ciem, uoce trepida, sic eum breuiter affatur:
 Causa omnis & origo præsentis doloris, &
 etiam medela ipsa, & salus unica mihi tute
 ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad
 intima delapsi præcordia, meis medullis ær 45
 rimum commouent incendium. Ergo misere-
 re tua causa pereuntis, nec te religio patris
 omnino deterreat, cui morituram prorsus ser-
 uabis uxorem. Illius enim recognoscens ima-
 ginem, nutua facie merito te diligo. Habes so. 50
 litudinis plenā fiduciam, habes capax necessa-
 rij facinoris otium. Nam quod nemo nouit pe-
 nē non fit. Repentino malo perturbatus ado-
 lescens, quanquam tale facinus protinus ex-
 horruisset, non tamen negationis intempesti- 55
 ua seueritate putauit exasperandam, sed cau-
 tē promissionis dilatione leniendā. Ergo pro-
 lixè pollicetur, ut & bonum caperet animū:

refectionique se, ac saluti redderet, impendio
 suadet, donec patris aliqua profectione, libe-
 rum uoluptati concederetur spatiū. Statimq;
 se refert à noxio conspectu nouercæ. Et ma-
 5 gnam domus cladem ratus indigere magno
 & ampliore consilio, ad quendam compertæ
 grauitatis educatorem senē protinus refert.
 Nec quicquam diutina deliberatione tam sa-
 lubre uisum, quàm fuga celeri procellam for-
 10 tunæ sæuiantis euadere. sed impatiens uel
 exiguæ dilationis mulier, ficta qualibet cau-
 sa, confestim marito miris persuadet artibus
 ad lōgissimè dissitas festinare uillulas. Quo fa-
 cto, maturatæ spei uestigia præcep, pmissæ
 15 libidinis flagitat uadimoniū. sed iuuenis mo-
 dō istud, modō illud causæ faciēs, execrabile
 frustratur eius aspectū, quoad illa nūciorum
 uarietate, pollicitationē sibi denegatā manife-
 stō pspiciēs, mobilitate lubrica nefariū amorē
 20 ad longè deterius trāstulisset odiū. Et assūpto
 statim nequissimo, & ad omne facinus emā-
 cipato quodā dotali seruulo, perfidiæ suæ cōsi-
 lia cōmunicat. Nec quicquā melius uidetur, q̃
 uita miserū priuare iuuenē. Ergo missus cōti-
 25 nūō furcifer uenenū præsentariū comparat,
 idq; uino diligēter dilutum in fontis priuigni
 præparat exitio. Ac dū de oblationis oppor-
 tunitate secū deliberant noxiū homines, fortē
 fortuna puer ille iunior pprius pessimæ fœ-
 s. i.

L. APVLEII DE ASINO

minæ filius, post matutinū laborē studiorum 30
domum se recipiens, prandio iam capto sitiēs,
reperit uini poculum, in quo uenenū late-
bat inclusum, nescius fraudis occultæ, conti-
nua perduxit haustū. Atq; ubi fratri suo pa-
ratam mortē ebibit, exanimis terræ procū- 35
bit. illius quoq; repentina pueri perniciē, pæ-
dagogus commotus, ululabili clamore, matrē,
totāq; ciet familiam. Iamq; cognito casu no-
xie potionis, uariē quisq; præsentium autho-
res insinulabant extremi facinoris. sed dira 40
illa scēmina, & malitiæ nouercalis exemplar
unicum, non acerba filij morte, non parricidij
conscientia, non infortunio domus, non luctu
mariti, uel ærumna funeris commota, cladem
familiæ uindictæ compendiū traxit. Missōq; 45
ptinus cursore, qui uianti marito domus ex-
pugnationem nunciaret, ac mox eodem ocus
ab itinere regresso, personata nimia temerita-
te, insinulat priuigni ueneno filiū suū inter-
emptū. Et hic quidem, non adēdō mentiebatur, 50
q; iam destinatam iuueni mortē præuenisset
puer, sed fratrem iuniorē fingeat ideo priui-
gni scelere peremptū, quod eius probrosæ li-
bidini, qua se comprimere tentauerat, noluis-
set succumbere. Nec tamen immanibus cōten 55
ta mendacijs, addebat sibi quoq; ob detectum
flagitium, eundem illum gladio comminari.
Tunc infelix duplici filiorū morte percussus,

magnis ærumnarū procellis æstuat. Nam &
 iuniorem in coram sui funerari uidebat, &
 alterum ob inæstū parricidiūq; capitis sci
 licet damnatum iri certo sciebat. Adhuc uxo
 5 ris dilectæ nimium mentitis lamētationibus,
 ad extremum sobolis impellebatur odiū. Vix
 dum pompæ funebres ex sepultura filij fue-
 rant explicatæ, & statim ab ipso eius rogo
 senex infelix ora sua recentibus adhuc rigās
 10 lachrymis, trahēsq; cinere sordentem cani-
 ciem, foro se festinus immittit. Atq; ibi tum
 fletu, tum precibus, genua etiam decurionum
 contingens, nescius fraudium pessimæ mulie-
 ris, in exitium reliqui filij plenis operabatur
 15 affectibus, illum inæstum paterno thalamo,
 illum parricidam fraterno exitio, & incom-
 minata nouercæ cæde siccium. Tanta de-
 niq; miseratione, tantāq; indignatione curiā,
 sed & plebem mœrens inflammauerat, ut re-
 20 moto iudicandi tædio, & accusationis mani-
 festis probationibus, & responsionis medita-
 tis ambagibus, cuncti conclamarint, lapidi-
 bus obrutum publicum malum publicè uin-
 dicari. Magistratus interim metu periculi p-
 25 prij, ne de paruis indignationis elementis ad
 exitium disciplinæ, ciuitatisq; seditio proce-
 det, partim decuriones deprecari, partim po-
 pulariter compefcere, ut rite, & more maiorū
 iudicio reddito, & utrinque secus allegatio-
 s.ij.

nibus examinatis, ciuilit̃er sententia prome- 30
retur. Nec ad instar barbaricę feritatis, uel
tyrannicę impotentię dānaretur aliquis in-
auditus, & in pace placida, tam dirū seculo
proderetur exemplum. Placuit salubre consi-
liū, & illico iussus pręco pronūciat patres in 35
curiam conuenirent. Quibus protinus digni-
tatis iure consueta loca residentibus, rursum
pręconis uocatu, primus accusator incedit.
Tunc demū clamatus introducitur etiā reus,
& exēplo legis Atticę, Martijq; iudicij causę 40
patronis denūciat pręco, neq; principia dice-
re, neq; miserationem cōmouere. Hęc ad istū
modum gesta, compluribus mutuo sermocinā-
tibus cognouī. Quibus autem uerbis accusa-
tor inuexerit, quibus rebus diluerit reus, ac 45
prorsus orationes, altercationesq; neq; absens
ipse apud pręsepium scire, neque ad uos quę
ignorauī, possum enūciare: sed quę planē cō-
peri, ad istas literas proferam. Simul enim fi-
nita est dicentium cōtentio, ueritatem crimi- 50
num, fidemq; probationibus certis instrui, nec
suspicionibus tantam coniecturam permit-
ti placuit. Atq; illum promptissimum seruū,
qui solus hęc ita gesta esse scire diceretur, si-
sti modis omnibus oportere. Nec tantillū cru- 55
ciarius ille, uel fortuna tam magni iudicij,
uel confertę conspectu curię, uel certę noxia
conscientia sua deterritus, quę ipse finxerat,

- quasi uera adseuerare, atq; adserere incipit, quodd se uocasset indignatus fastidio nouerca iuuenis, quodd ulciscens iniuriam filij eius m̃a. dauerat necem, quodd promississet grande si-
 5 lentij præmiũ, quodd recusanti mortem sit cõ-
 minatus, quodd uenenũ sua manu temperatũ
 dandum fratri reddiderit, quodd ad criminis
 probationem reseruatũ poculũ neglexisse sũ.
 spicatus, sua postremũ manu porrexerit pue.
 10 ro. Hæc eximia enim ad ueritatis imaginem,
 uerberone illo simulata trepidatione perferẽ-
 te, finitum est iudiciũ: nec quisquã decurionũ
 tam æquus remãserat iuueni, quin eum eui-
 denter noxæ compertum, in sui culleo pronũ-
 15 ciaret. Cum iam sententiæ pares cunctorum
 stylis ad unum sermonem congruentibus, ex
 more perpetuo, in urnam æreã deberẽt con-
 iji, quo semel conditis calculis, iam cũ rei for-
 tuna transacto, nihil postea commutari lice-
 20 bat, sed mancipabatur potestas capitis in ma-
 num carnificis, unus è curia senior præ cæte-
 ris cõpertæ fidei, atq; authoritatis præcipuæ
 medicus, orificium urnæ manu contegens, ne
 quis mitteret calculum temerè, hoc ad ordi-
 25 nem pertulit: Quodd ætatis sum uobis appro-
 batus, me uixisse gaudeo, nec patiar falsis cri-
 minibus petito reo, manifestũ homicidiũ ppe-
 trari: nec uos, qui iureiurãdo astricti iudica-
 tis, inductos seruuli mēdacio peierare, ipse nõ
 s. iij.

L. APVLEII DE ASINO

possum, calcata numinū religione, conscientiā 30
 meam fallens, perperam pronūciare. Ergo ut
 res est, de me cognoscite: Furcifer iste uenenū
 præsentarium comparare sollicitus, centūmq;
 aureos solidos offerens, pretium me nō olim
 cōuenerat, quod ægroto cuidam dicebat ne- 35
 cessarium, qui morbi inextricabilis ueterno
 uehementer implicatus, uitæ se circiatui sub-
 trahere gestiret. At ego perspicuus malū istū
 uerberonem blaterantē, atq; inconcinnē cau-
 sificantem, certūsq; aliquod moliri flagitium, 40
 potionem quidem dedi, sed futuræ quæstioni
 præcauens, non statim pretiū quod offereba-
 tur accepi. sed ne fortē aliquis (inquā) istorū
 quos offers aureorum, nequam uel adulter re-
 periat, in hoc ipso sacculo cōditos eos, annu 45
 lo tuo prænota, donec altera die numulario
 præsentē cōprobētur. sic inductus signauit pe-
 cuniam, quam exinde, ut iste repræsentatus
 est iudicio, iussi de meis aliquē curriculo ta-
 berna promptā afferre, & en ecce prolata 50
 corā exhibeo, uideat & suū sigillū recognos-
 cat. Nam quēadmodū eius ueneni alter insi-
 mulari potest, quod iste cōparauerit? ingens
 exinde uerberonē corripere trepidatio, & in
 uicem humani coloris succedit pallor infer- 55
 nus, p̄erq; uniuerſa membra frigidus sudor
 emanabat. Tūc pedes incertis alternatiōibus
 commouere, modò hanc, modò illam partem

scalpere capitis, & ore semiclauso balbutiens
nescio quas affamlas effutire, ut eum nemo
prorsus à culpa uacuum meritò crederet. Sed
reualescente prorsus astutia, constâtissimè ne-
5 gare, & accersire mendacij medicum nō de-
sinit, qui propter iudicij religionem, cum fidē
suam coram lacerari uideret, multiplicato stu-
dio uerberonem illum contendit redarguere,
donec iussu magistratuū ministeria publica
10 contrectatis nequissimi serui manibus, annu-
lum ferreum deprehensum cum signo sacculi
conferunt. Quæ cōparatio præcedentē robo-
rauit suspiciōē, nec rota, uel equuleus more
Græcorum, tormentis eius apparata iam de-
15 erāt, sed obfirmatus mira præsumptiōe nullis
uerberibus, ac ne ipso quidem succubuit igni.
Tunc medicus, Nō patiar (inquit) hercules, nō
patiar, uel contra fas de innocente isto iuvene
supplicium uos sumere, uel hūc ludificato nostro
20 iudicio, pœnā noxiū facinoris euadere. Dabo
enim rei præsentis euidens argumentū. Nam
cum uenenum peremptoriū comparare pes-
simus iste gestiret, nec meæ sectæ crederem
cōuenire, causas ulli præbere mortis, nec exi-
25 tio, sed saluti hominū medicinam quæsitā esse
didicissem, uerens ne si daturū me negassem,
intempestiua repulsa, uiam sceleri submini-
strarem, & ab alio quopiam exitiabilē mer-
catus hic potionem, uel postremum gladio
s.iiiij.

ael quouis telo nefas inchoatū perficeret, de- 30
 di non uenenū, sed somniferum mandragoræ
 illum grauedinis compertæ famosum, et mor-
 te simillimi soporis efficacem. Nec mirum, de
 speratissimum istum latronem certum extre-
 mæ poenæ, quæ more maiorū in eum cōpetit, 35
 cruciatus istos ut leuiores facile tolerare. sed
 si uerè puer meis tēperatā manibus sumpsit
 potionē, uiuit, et quiescit, et dormit, et proti-
 nus marcido sopore discusso remeabit ad diē
 lucidam. Quòd si uerè peremptus est, si uerè 40
 morte præuētus est, quærat licet causas mor-
 tis eius alias. Ad istum modum seniore ado-
 rante, placuit, et itur confestim magna cum
 festinatione ad illud sepulchrum, quo corpus
 pueri depositū iacebat. Nemo de curia, de opti 45
 matibus nemo, ac ne de ipso quidē populo quā-
 quā, qui nō illuc curiosē cōfluxerit. Ecce pater
 suis ipse manibus, cooperculo capuli remoto,
 cōmodum discusso mortifero sopore surgen-
 tem postliminio mortis deprehendit filium: 50
 eūque complexus arctissime, uerbis impar,
 præsepte gaudio producit ad populū. atq; ut
 erat, adhuc feralibus amiculis instructus atq;
 obditus, deportatur ad iudiciū puer. Iamq; li-
 quidō serui nequissimi, atq; mulieris nequio- 55
 ris patefactis sceleribus, pcedit in mediū nu-
 da ueritas, et nouercæ quidē perpetuū indi-
 citur exilium, seruus uerò patibulo suffigi-

tur. Et omnium consensu, bono medico sinun-
 tur aurei, opportuni somni pretium. Et illius
 quidem senis famosa atque fabulosa fortuna,
 providentiæ diuinæ condignum accepit exitū,
 5 qui momento modico, imò puncto exiguo post
 orbitatis periculum, adolescentium duorū pa-
 ter repente factus est. At ego tunc temporis
 talibus fatorum fluctibus uolutabar. Miles il-
 le, qui me nullo uendente comparauerat, & si
 10 ne pretio suum fecerat, tribuni sui præcepto
 debitum sustinens obsequium, literas ad ma-
 gnum scriptas principem Romam uersus per-
 laturus, uicinis me quibusdam duobus seruis
 fratribus undecim denarijs uēdidit. His erat
 15 diues admodū dominus. At illorum alter pi-
 stor dulciarius, qui panes & mellita cōcinna-
 bat edulia. Alter coquus, qui sapidissimis nu-
 trimentis succuum, pulmenta condita uapore
 molliabat. Vnico illi contubernio communem
 20 uitam sustinebant, meque ad uasa illa com-
 pluria gestanda præstinarant, quæ domini re-
 giones plusculas pererranteis, uarijs usibus
 erant necessaria. Adsciscor itaq; inter duos il-
 los fratres tertius contubernalis, haud ullo tē-
 25 pore tam beniuolam fortunam expertus. Nā
 uespera post opiparas cœnas, earūque splen-
 didissimos apparatus, multas numero parteis
 in cellulam suam mei solebant reportare do-
 mini: ille porcorum, pullorū, piscium, & eius.

æmodi pulmentorum largissimas reliquias : 30
 hic panes, crustula, iucunculos, hamos, lacertu-
 los, plura sitamenta mellita. Qui cum se rese-
 cturi, clausa cellula balneas petissent, oblatis
 ego diuinitus dapibus affatim saginabar. Nec
 enim tam stultus eram, tamque uerè asi- 35
 nus, ut dulcissimis illis relictis cibis, cœna-
 rem asperrimum fœnum. Et diu quidem pul-
 cherrimæ mihi furatrinæ præcedebat artifi-
 cium : quippe adhuc timidè, & satis par-
 cè subripiendi, de tam multis pauciora, nec 40
 illis fraudeis ullas in asino suspicantibus. At
 ubi fiducia latendi plenior capta, parteis
 opimas quasque deuorabam, & iucundio-
 ra eligens, abliguriebam dulcia, suspicio non
 exilis fratrum pupugit animos. Et quan- 45
 quam de me nihil etiam tum malè crede-
 rent, tamen quotidiani damni studio se ue-
 stigabant reum. Illi uerò postremò etiam nu-
 tud sese rapinæ turpissimæ criminabantur.
 Tamque curam diligentiorē, & acriorem 50
 custodelam & dinumerationem adhibebant
 partium. Tandem denique rupta uerecun-
 dia, sic alter alterum compellat: At istud iam
 neque æquum, ac ne humanum, fidem mi-
 nuere quidem quotidie, ac parteis electiores 55
 subripere, atque his diuenditis, peculium la-
 tenter augere, de reliquis æquam uindicare
 diuisionem. si tibi denique societas ista dis-

placet, possumus omnia quidem cætera fratres manere, ab isto tamen nexu communio-
nis discedere: nam uideo in immensum dam-
ni procedentem querelam, nutrire nobis im-
5 manem discordiã. subiicit alius, Laudo istam
tuam me hercules & ipse constantiam, quod
furatis clanculo partibus præuenisti querimo-
niam, quam diutissimè sustinens tacitus inge-
mifcebam, ne uiderer rapinæ sordidæ meum
10 fratrem arguere. sed bene quod utrinque se-
cus sermone prolato iacturæ remedium qua-
ritur, ne silentio procedens simultas, Eteocle-
as nobis cõtentiones pariat. His & similibus
altercati cõnitij, deierāt utriq; nullã se pror-
15 sus fraudem, nullam deniq; surreptionem fa-
ctitasse: sed planè debere cunctis artibus cõ-
munis dispendij latronem inquiri. Nam neq;
asinum, qui solus interesset, talibus cibus affi-
ci posse, & tamē quotidie pastus electiles cõ-
20 parere nusquam. Nec utiq; ællam suam tam
immaneis inuolare mureis, uel muscas, at oli
harpyiæ fuere, quæ diripiebant Rhineias da-
peis. Interea liberalibus cœnis inescatus, &
humanis affatim cibus saginatus, corpus obe-
25 sa pinguitie compleueram, corium aruina suc-
culenta molliueram, pilum liberali nitore nu-
triueram. sed iste corporis mei decor pudori
peperit grande dedecus: insolita nanq; tergo-
ris uastitate cõmoti, fœnum prorsus intactum

quotidie remanere cernentes, iam totos diri- 30
 gunt ad me omnes animos. Et hora consueta,
 uelut balnea petitori, clausis ex more fori-
 bus, per quandam modicam cauernam rima-
 tur me passim expositis epulis inhaerentem.
 Nec ulla cura iam dāni sui habita, mirati mō 35
 struosas asini delicias, risu maximo dirumpū-
 tur. Vocatōque & altero, ac dein pluribus cō-
 feruis, demonstrant infandam memoratu he-
 betis iumentu galam. Tantus denique, ac tam
 liberalis cachinnus cunctos inuasērat, ut ad 40
 aureis quoque prætereuntis perueniret do-
 mini. Sciscitatus denique, quid bonum ride-
 ret familia, cognito quod res erat, ipse quoq;
 per idem prospiciens foramen, delectatur exi-
 miē. Ac dein risu ipse quoque latissimō adus- 45
 que intestinorum dolorem redactus, iam pate-
 facto cubiculo proximē consistens coram ar-
 bitratur. Nam & ego tandem ex aliqua par-
 te mollius mihi renidentis fortunæ contem-
 platus faciem, gaudio præsēntium fiduciā mi 50
 hi subministrante, nec tantillum commotus,
 securus esitabam, quoad nouitate spectaculi
 lætus dominus ædium duci me iussit, imō ue-
 rò suis & ipse manibus ad triclinium perdu-
 xit, mensaq; posita omne genus edulium soli- 55
 dorum, & illibata fercula iussit apponi. At
 ego quanquam iam bellulē suffarcinatus, gra-
 tiorem, commendatiorēq; me tum ei facere

cupiens, esurienter exhibitus escas appetebat.
 Nam & quid potissimum abhorreret asinus
 excogitantes scrupulose, ad explorandum mā-
 suetudinem id offerebant mihi: carnes lasere
 5 infectas, altitia pipere inspersa, pisces exotico
 iure perfusos. Interim conuiuium summo risu
 personabat. Quidam deniq; præsens scurru-
 la, Date (inquit) sodali huic quippiam meri.
 Quod dictum dominus secutus, Nō adeo (re-
 10 spondit) absurde locutus es furcifer, ualde
 enim fieri potest, ut contubernalis noster po-
 culum quoque nullo libenter appetat. Et heus
 ait puer, lautum diligenter ecce illum au-
 reum cantharum nullo contempera, & offer
 15 parasito meo, simul quod ei præbiberim com-
 moneto. Ingens exin oborta est epulorum ex-
 pectatio, nec ulla tamen ego ratione conterri-
 tus, ociose, ac satis genialiter contorta in mo-
 dum linguæ extrema labia, grandissimum il-
 20 lum calicem uno haustu perhausi. Et clamor
 exurgit consona uoce, cunctorum salute me
 prosequentium. Magno deniq; delibutus gau-
 dio dominus, uocatis seruis suis, emptoribus
 meis iubet quadruplu restitui pretium. Mēq;
 25 cuidam acceptissimo liberto suo & satis pecu-
 liato, magna præfatus diligentia tradidit, qui
 me satis humanè, satisq; comiter nutriebat.
 Et quo se patrono commendatiorem faceret,
 studiosissimè uoluptates eius per meas argu-

L. APVLEII DE ASINO

tias instruebat. Et primum me quidē mensam 30
 accumbere suffixo cubito, dein adluctari, &
 etiam saltare sublatis prioribus pedibus per-
 docuit: quōdāq; esset apprimē mirabile, uerbis
 nutum cōmodare, ut quod nollē relato, quod
 uellem reiecto capite monstrarem. sitiēsq; po 35
 cillatore respecto, cilijs alterna conuiuens, bi-
 bere flagitarem. Atque hęc omnia perfacile
 obediebam, quæ nullo etiam monstrante scili-
 cēt facerem: sed uerebar, ne si forte sine magi-
 stro, humano ritu hoc æderē, plerique rati sē. 40
 uum præsagium portendere, uelut monstrū,
 ostentūque me obtruncatum uulturij opī-
 num pabulum redderent. Iāmque rumor pu-
 blicē crebuerat, quo conspectum atq; famige-
 rabilē meis miris artibus effeceram dominū. 45
 Hic est qui sodalem, conuiuiamque possidet lu-
 ctantem asinum, saltantem asinum, uoces hu-
 manas intelligentem, sēsum nutibus exprimē-
 tem. sed prius est, ut uobis, quod initio facere
 debueram, uel nunc saltem referam, quis iste, 50
 uel unde fuerit Thyasus, hoc enim nomīne
 meus nuncupabatur dominus, oriundus pa-
 tria Corintho, quod caput est totius Achaiæ
 prouinciæ: ut eius prosapia, atq; dignitas po-
 stulabat, gradatim permensis honoribus quin 55
 quennali magistratui fuerat destinatus. Et ut
 splendori capeffendorum responderet fasciū
 munus gladiatorij triduanis spectaculis polli

citus, latius munificētiam suam porrigebat.
 Deniq; gloriæ publicæ studio, tunc Theſſaliā
 etiā acceſſerat, nobiliſſimas feras, & famoſos
 inde gladiatores cōparaturus. Iamq; ex arbi-
 5 trio diſpoſitis cōemptiſq; omnibus, domuitio-
 nē parabat, ſpretis luculētis illis ſuis uehicu-
 lis, ac poſthabitis decoris prædarū carpentis,
 quæ partim cōtecta, partim reuelata fruſtra
 nouiſſimis trahebātur cōſequiſ: equis etiam
 10 Theſſaliciſ, & alijs iumētis Gallicanis, quibus
 generoſa ſoboles perhibet pretioſam dignita-
 tē, me phaleris aureis, & fucatis ephippijs, &
 purpureis tapetis, & frenis argēteis, & picti-
 libus balteis, & tintinnabulis perargutis ex-
 15 ornatū ipſe reſidens amātiſſimè, nōnunq; co-
 miſſiſſimis affatur ſermonibus. Atq; inter alia
 pleraq; ſummè ſe delectari profitebatur, quod
 haberet in me ſimul & conuiuā & uectore.
 At ubi partim terreſtri, partim maritimo iti-
 20 nere conſecto, Corinthum acceſſimus, magnæ
 ciuium turbæ conſluebāt, ut mihi uidebatur,
 non tantum Thyaſi dantes honori, quàm mei
 conſpectus cupientes. Nam tanta etiam ibidē
 de me fama peruaſerat, ut nō mediocri quæ-
 25 ſtui præpoſito illi meo fuerim. Qui cum nul-
 tos uideret nimio fauore luſus meos ſpectare
 geſtientes, obſerata fore, atque ſingulis eorum
 ſeorſus admiſſiſ, ſtipēs acceptans, non paruas
 ſummulas diurnas corradere cōſueuerat. Fuit

L. APVLEII DE ASINO

in illo conuenticulo matrona quædam pollēs, 30
 & opulens, quæ more cæterorum uisum meū
 mercata, ac dehinc multiformibus ludicris de
 lectata, per admirationem assiduam, paula-
 tim in ammirabilem mei cupidinem incidit.
 Nec ullam uesane libidini medelam capiēs, ad 35
 instar asinariæ Pasiphaës, cōplexus meos ar-
 denter expetebat. Grandi denique præmio cū
 altore meo depacta est noctis unius cubitum.
 At ille nequam, ut posset de me suaue proue-
 nire, lucro suo tantum contentus annuit. Iam 40
 denique cœnati è triclinio domini decēssera-
 mus, & iandudum præstolantem cubicu-
 lo meo matronam offendimus. Dij boni qua-
 lis ille, quàmque præclarus apparatus, quatu-
 or eunuchi cōfestim puluillis cōpluribus uen 45
 tos è tumentibus, pluma delicata terrestrē no-
 bis cubitum præstruunt. sed & stragula ue-
 ste auro, ac murice Tyrio depicta probè con-
 sternunt. Ac de super breuibus admodum, sed
 satis copiosis puluillis alijs nimis modicis, 50
 quas maxillas & ceruices delicatæ mulieris
 suffulcire consueuerunt, superstruunt: nec do-
 minæ uoluptates diutina sua præsentia mora
 ti, clausis cubiculi foribus facessunt. At intus
 cerei præclara micantes luce, nocturnas nobis 55
 tenebras inalbabant. Tunc ipsa cuncto pror-
 sus spoliata tegmine, tænia quoque qua de-
 coras deuinxerat papillas, lumē propter ad-

sistens, de stagnæo uasculo multo sese perun-
git oleo balsamo, mæque indidem largissimè
perfricat, sed multò tanta impensius cura eti-
am nareis perfundit meas. Tunc exoscula-
5 ta pressule, non qualia in lupanari solent ba-
siola iactari, uel meretricum poscinumnia,
uel aduentorum negocinumnia, sed pura at-
que syncera. Instruit & blandissimos affa-
tus, amo & cupio, & te solum diligo, & sine
10 te iam uiuere nequeo, & cætera queis mulie-
res & alios inducunt, & suas testantur affecti-
ones. Capistròq; me deprehensum, more quo di-
diceram reclinat facile: quippe cum nil noui, ni-
hilq; difficile facturum mihi uiderer, præsertim
15 post tantum tæporis, tam formosæ mulieris cu-
pietis amplexus obiturus. Nam & uino pul-
cherrimo atq; copioso memet madefeceram, &
ungueto flagrantissimo proluuium libidinis sus-
citaram. Sed angebar planè, non exili metu
20 reputans, quemadmodum tantis, tanq; magnis
cruribus possem delicatam matronam inscende-
re, uel tam lucida, tamque tenera, & lacte ac
melle confecta mæbra, duris ungulis comple-
cti, labiaq; modicas ambrosio rore purpuran-
25 tes, tam amplo ore tamque enormi, & saxeis
dètribus deformis suauari. Nouissimè quo pa-
cto, quanq; ex unguiculis perpruriscens mu-
lier, tam uastum genitale susciperet. Heu me
qui dirupta nobili fœmina, bestiis obiectus

t.i.

L. APVLEII DE ASINO

munus instructurus sim mei domini. Molles 30
interdum uoculas, & assidua suauia, & dul-
ces gannitus, cum morsicantibus oculis itera
uerat illa. Et in summa, Teneo te (inquit) te-
neo meum palumbulum, meum passerem. Et
cum dicto uanas fuisse cogitationes meas, in- 35
eptumque monstrat metum: arctissimè nanq;
cōplexa, tum me prorsus, sed totum recipit. Il-
la uerò quotiens ei parcens nateis recellebā,
accedens totiens nixu rabido, & spinam pre-
bhendens meam, appliciore nexu inhærebat, ut 40
hercules etiam deesse mihi aliquid ad supplē-
dam eius libidinem crederem, nec Minotauri
matrē frustra delectatā putarē adultero mu-
giētē. Iamq; operosa & peruigili nocte trās-
acta, uitata lucis conscientia, facessit mulier, 45
rōdicto pari noctis futuræ pretio. Nec grand-
tē magister meus uoluptates ex eius arbitrio
largiebatur, partim mercedes amplissimas ac-
ceptando, partim nouum spectaculum domi-
no præparando. Incontanter ei denique libi- 50
dinis meæ totam detegit scenam. At ille liber-
to magnificè nunerato destinat me spectacu-
lo publico, & quoniam neq; egregia illa uxor
mea propter dignitatem, neque prorsus ulla
alia inueniri poterat, grandi præmio uilis ac. 55
quiritur aliqua, sententia præsidis bestijs ad-
dicta, quæ mecum in coram publicam populi
caueam frequentaret, eius penè talem cognō-

aeram fabulam: Maritum habuit, cuius pater
 peregrè proficiens, mandavit uxori suæ, ma-
 tri eiusdem iuuenis, quod enim sarcina præ-
 gnationis oneratam eam relinquebat, ut si fe-
 5 xus sequioris ædidisset foetus, protinus quod
 esset æditum, necaretur. At illa per absenti-
 am mariti, natā puellā insita matribus pietā-
 te præuēta, desciiuit ab obsequio mariti, eām-
 que prodidit uicinis alumnandam. Regressō-
 10 que iam marito, natam, necatāque nuncia-
 uit. sed ubi flos ætatis nuptialem uirginī diē
 flagitabat, nec ignaro marito dotare filiā pro
 natalibus quibat, quod solum potuit, tacitum
 secretum filio suo aperuit. Nam & oppidō ue-
 15 rebatur, ne quo casu calor is iuuenilis impe-
 tu lapsus, nescius nesciam sororem incurre-
 ret. sed pietatis spectatæ iuuenis, & matris
 obsequium, & sororis officium religiose dis-
 pensat, & arcanis donus uenerabilis silentij
 20 custodiæ tradidit, plebeiam facie tenus præ-
 tendens humanitatem. sic necessarium san-
 guinis sui munus aggreditur, ut desolatam
 uicinam puellam, parentūque præsidio ui-
 duatam, domus suæ tutela receptaret. At mox
 25 arctissimo, multūque sibi dilecto contuber-
 nali, largitus de proprio dotem liberalissimē
 traderet. sed hic bene atque optimè, plenā-
 q; cum sanctimonia disposita feralem fortu-
 næ nutum latere non potuere, cuius instinctu
 t.ij.

L. APVLEII DE ASINO

domum iuuenis protinus se direxit saeva riuā 30
 litas. Et illico hic eadem uxor eius, quæ nunc
 bestiis propter hæc ipsa fuerat addicta, coepit
 puellam, uelut æmulam tori, succubamq; pri-
 mō suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelis-
 simis laqueis mortis insidiari. Tale deniq; cō 35
 miniscitur facinus: Annulo mariti surrepto,
 rus profecta, mittit quendam seruulum sibi
 quidem fidelem, sed de ipsa fide pessimè me-
 rentem, qui puellæ nunciaret, quod eam iuue-
 nis profectus ad uillulam uocaret ad sese, ad- 40
 dito, ut sola & sine ullo comite quàm matu-
 rissimè perueniret. Et nequa fortè nasceretur
 ueniendi contatio, tradit annulum marito sub
 tractum, qui monstratus fidem uerbis adsti-
 pularetur. At illa mandato fratris obsequēs, 45
 hæc enim nomen sola sciebat, respecto etiam
 signo eius quod offerebatur, gnauiter, ut præ-
 ceptum fuerat, incommitata festinat. sed ubi
 fraudis extremæ lapsa decipulo, laqueos insi-
 diarum accessit, tunc illa uxor egregia, sor- 50
 rem mariti libidinosæ furiae stimulis effera-
 ta, primum quidem nudam flagris ultimè uer-
 berat, dehinc quod res erat, clamantem quo-
 que quod frustra pellicatus indignatione bul-
 laret, fratrisque nomen sæpius iterantem, ue-
 lut mentitam, atque cuncta fingentem titio- 55
 ne candenti inter media femina detrufo, cru-
 delissimè necauit. Tunc acerbæ mortis exci-

ti nuncijs frater & maritus accurrunt, uariisque lamentationibus defletam puellā tradunt sepulturæ. Nec iuuenis sororis suæ mortem tam miseram, & quæ minimè, ut par erat, illata est, æquo tolerare quiuit animo, sed medullitus dolore cōmotus, acerrimæq; bilis noxio furore perfusus, exin flagrantissimis febribus ardebat, ut ipsi quoque iam medela uideretur esse necessaria. Sed uxor quæ iam pridem nomen uxoris cum fide perdididerat, medicum conuenit quendā notæ perfidiæ, qui iam multarum palmarū spectatus prælijs, magna dextræ suæ trophæa numerabat: eiq; protinus quinquaginta promittit sestertia, ut ille quidē momentariū uenenū uenderet, illa autem emeret mariti sui mortem. Quo cōspectu simulatur necessaria præcordijs leniendis, bilique subtrahendæ illa prænobilis potio, quam sacram doctiores nominant. Sed in eius uice subditur alia Proserpinæ sacra saluti. Iamque præsentē familia, & inde nonnullis amicis & affinibus, ægroto medicus poculum probe temperatum manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier, ut simul & consciūm sceleris amoliretur, & quā desponderat pecuniā lucraretur, coram detento calicē: Non prius (inquit) medicorum optime, non prius carissimo mihi marito trades istam potionem, quā de ea bonam partem hauseris ipse. Vnde enim

t. iij.

L' APVLEII DE ASINO

scio, an noxium in ea lateat uenenum? quæ 3a
 res utique te tam prudentem, tamque doctū
 uirum nequaquam offendit, si religiosa uxor
 circa salutem mariti sollicita necessariam affe-
 ro pietatem. Qua mira desperatione truculē-
 tæ fœminæ repente perturbatur medicus, ex 35
 cussusque toto consilio, & ob angustiam tem-
 poris spatio cogitādi priuatus, antequam tre-
 pidatione aliqua uel cōtatione ipsa daret ma-
 læ conscientiæ suspicionem, indidem de potio-
 ne gustat ampliter. Quam fidem secutus ado 40
 lescens, etiam sumpto calice quod offereba-
 tur hausit. Ad istum modum præsentī trans-
 acto negotio, medicus quàm ælerrimè do-
 mum remeabat, salutifera potione pestem
 præcedentis ueneni festinans extinguere. Nec 45
 eum obstinatione sacrilega, qua semel cœpe-
 rat, truculenta mulier ungue latius à se dis-
 cedere passa est, prius q̃ (inquit) digesta po-
 tione, medicinæ euentus probatus appare-
 at. sed ægrè precibus & obsecrationibus e- 50
 ius, multum ac diu fatigata, tandem abire
 concessit. Interim perniciem cæcam totis ui-
 steribus furantem, medullæ penitus attra-
 xerant. Multum denique saucius & graue-
 dine somnolenta iam demersus, domum per- 55
 uadit ægerrimè. Vixque enarratis cunctis
 ad uxorem, mandat saltem promissam mer-
 dem mortis geminatæ deposceret. Sicque eli-

- sus uiolenter spectatissimus medicus effudit
 spiritum . Nec ille tamen iuuenis diutius ui-
 tam tenuerat, sed inter fictas, mentitasque la-
 chrymas uxoris, pari casu mortis fuerat ex-
 5 tinctus. Iamque eo sepulto, paucis interiectis
 diebus, queis feralia mortuis litantur obse-
 quia, medici uxor pretium geminae mortis pe-
 tens aderat. sed mulier usquequaq; sui simi-
 lis, fidei suppressens faciem, prætendens ima-
 10 ginem blandiculè respondit, & omnia proli-
 xè, accumulatéque pollicetur, & statutum
 præmium sine mora se reddituram constitu-
 it, modo pauxillum de ea potione largiri sibi
 uellet, ad incepti negotij persecutione. Quod
 15 pluribus laqueis fraudium pessimarum, uxor
 inducta medici, facile consensit: & quo se gra-
 tiorem locupleti foeminae faceret, properiter
 domo petita, totam prorsus ueneni pyxidem
 mulieri tradidit. Quæ grandem scelerum na-
 20 tã materiam, longè, latèq; cruentas suas ma-
 nus porrigit . Habebat filiam paruulam de
 marito quem nuper necauerat . Huic infan-
 tulae, quod leges necessariam patris succe-
 sionem deferrent, sustinebat ægerrimè, in-
 25 biãnsque toto filiae patrimonio imminebat
 & capiti . Ergo certa defunctorum libero-
 rum matres sceleratas hæreditates excipere,
 talem parentem præbuit, qualem exhibuerat
 uxorem . Prandiòque commento pro tempore
 t.iiij.

L. APVLEII DE ASINO

quotidie remanere ærcentes, iam totos diri- 30
 gunt ad me omnes animos. Et hora consueta,
 uelut balnea petituri, clausis ex more fori-
 bus, per quandam modicam cauernam rima-
 tur me passim expositis epulis inhaerentem.
 Nec ulla cura iam dāni sui habita, mirati mō 35
 struosas asini delicias, risu maximo dirumpū-
 tur. Vocatōque & altero, ac dein pluribus cō-
 seruis, demonstrant infandam memoratu he-
 betis iumentu galam. Tantus denique, ac tam
 liberalis cachinnus cunctos inuasērat, ut ad 40
 aureis quoque prætereuntis perueniret do-
 mini. sciscitatus denique, quid bonum ride-
 ret familia, cognito quod res erat, ipse quoq;
 per idem prospiciens foramen, delectatur exi-
 miē. Ac dein risu ipse quoque latissimō adus- 45
 que intestinorum dolorem redactus, iam pate-
 facto cubiculo proximē consistens coram ar-
 bitratur. Nam & ego tandem ex aliqua par-
 te mollius mihi renidentis fortunæ contem-
 platus faciem, gaudio præsentium fiduciā mi 50
 hi subministrante, nec tantillum commotus,
 securus esitabam, quoad nouitate spectaculi
 lætus dominus ædium duci me iussit, imō ue-
 rò suis & ipse manibus ad triclinium perdu-
 xit, mensaq; posita omne genus edulium soli- 55
 dorum, & illibata fercula iussit apponi. At
 ego quanquam iam bellulē suffarcinatus, gra-
 tiorem, commendatiorēq; me tum ei facere

cupiens, esurienter exhibitas escas appetebā.
 Nam & quid potissimum abhotreret asinus
 excogitantes scrupulose, ad explorādum mā-
 suetudinem id offerebant mihi: carnes lasere
 5 infectas, altilia pipere inspersa, pisces exotico
 iure perfusos. Interim conuiuium summo risu
 personabat. Quidam deniq; præsens scurru-
 la, Date (inquit) sodali huic quippiam meri.
 Quod dictum dominus secutus, Nō adeò (re
 10 spondit) absurdè locutus es furcifer, ualde
 enim fieri potest, ut contubernalis noster po-
 culum quoque nullo libèter appetat. Et heus
 ait puer, lautum diligenter ecce illum au-
 reum cantharum nullo contempera, & offer
 15 parasito meo, simul quòd ei præbiberim com-
 moneto. Ingens exin oborta est epulonum ex-
 pectatio, nec ulla tamen ego ratione conterri-
 tus, ociose, ac satis genialiter contorta in mo-
 dum linguæ extrema labia, grandissimum il-
 20 lum calicem uno haustu perhausi. Et clamor
 exurgit consona uoce, cunctorum salute me
 prosequentium. Magno deniq; delibutus gau-
 dio dominus, uocatis seruis suis, emptoribus
 meis iubet quadruplū restitui pretium. Mēq;
 25 cuidam acceptissimo liberto suo & satis pecu-
 liato, magna præfatus diligentia tradidit, qui
 me satis humanè, satisq; comiter nutriebat.
 Et quo se patrono commendatiorem faceret,
 studiosissimè uoluptates eius per meas argu-

L. APVLEII DE ASINO

tias instruebat. Et primùm me quidē mensam 30
 accumbere suffixo cubito, dein adluctari, &
 etiam saltare sublatis prioribus pedibus per-
 docuit: quòdque esset apprimè mirabile, uerbis
 nutum cōmodare, ut quod nollē relato, quod
 uellem reiecto capite monstrarem. sitiēsq; po 35
 cillatore respecto, cilijs alterna conuiuens, bi-
 bere flagitarem. Atque hæc omnia perfacile
 obediebam, quæ nullo etiam monstrante scili-
 cēt facerem: sed uerebar, ne si fortè sine magi-
 stro, humano ritu hoc æderē, plerique rati sē. 40
 uum præsagium portendere, uelut monstrū,
 ostentūque me obtruncatum uulturij opi-
 num pabulum redderent. Iámque rumor pu-
 blicè crebuerat, quo conspectum atque famige-
 rabilē meis miris artibus effeceram dominū. 45
 Hic est qui sodalem, conuiuamque possidet lu-
 ctantem asinum, saltantem asinum, uoces hu-
 manas intelligentem, sensum nutibus exprime-
 tem. sed prius est, ut uobis, quod initio facere
 debueram, uel nunc saltem referam, quis iste, 50
 uel unde fuerit Thyasus, hoc enim nomīne
 meus nuncupabatur dominus, oriundus pa-
 tria Corintho, quod caput est totius Achaie
 prouinciæ: ut eius prosapia, atque dignitas po-
 stulabat, gradatim permensis honoribus quin 55
 quennali magistratui fuerat destinatus. Et ut
 splendori capeffendorum responderet fasciū,
 munus gladiatorij triduanis spectaculis polli-

- citus, latius munificētiā suā porrigebat.
 Deniq; gloriæ publicæ studio, tunc Theſſaliā
 etiā acceſſerat, nobiliſſimas feras, & ſamoſos
 inde gladiatores cōparaturus. Iāmq; ex arbi-
 5 trio diſpoſitis cōemptiſq; omnibus, domuitio-
 nē parabat, ſpretis luculētis illis ſuis uehicu-
 lis, ac poſthabitis decoris prædarū carpentis,
 quæ partim cōtectā, partim reuelata fruſtra
 nouiſſimis trahebātur cōſequiſ: equis etiam
 10 Theſſalicis, & alijs iumētis Gallianis, quibus
 generoſa ſoboles perhibet pretioſam dignita-
 tē, me phaleris aureis, & ſucatis ephippijs, &
 purpureis tapetis, & frenis argēteis, & picti-
 libus balteis, & tintinnabulis perargutis ex-
 15 ornatū ipſe reſidens amātiſſimē, nōnunq; co-
 miſſimis affatur ſermonibus. Atq; inter alia
 pleraq; ſummē ſe delectari profitebatur, quōd
 haberet in me ſinul & conuiuā & uectōrē.
 At ubi partim terreſtri, partim maritimo iti-
 20 nere conſecto, Corinthum acceſſimus, magnæ
 ciuium turbæ confluebāt, ut mihi uidebatur,
 non tantum Thyaſi dantes honori, quā mei
 conſpectus cupientes. Nam tanta etiam ibidē
 de me fama peruaſerat, ut nō mediocri quæ-
 25 ſtui præpoſito illi meo fuerim. Qui cum nul-
 tos uideret nimio fauore luſus meos ſpectare
 geſtientes, obſerata fore, atque ſingulis eorum
 ſeorſus admiſſis, ſtipēs acceptans, non paruas
 ſummulas diurnas corradere cōſueuerat. Fuit

L. APVLEII DE ASINO

in illo conuenticulo matrona quædam pollēs, 30
 & opulens, quæ more cæterorum uisum meū
 mercata, ac dehinc multiformibus ludicris de
 lectata, per admirationem assiduam, paula-
 tim in ammirabilem mei cupidinem incidit.
 Nec ullam uesane libidini medelam capiēs, ad 35
 instar asinariæ Pasiphaēs, cōplexus meos ar-
 denter expetebat. Grandi denique præmio cū
 altore meo depacta est noctis unius cubitum.
 At ille nequam, ut posset de me suaue proue-
 nire, lucro suo tantum contentus annuit. Iam 40
 denique cœnati è triclinio domini decessera-
 mus, & iandudum præstolantem cubicu-
 lo meo matronam offendimus. Dii boni qua-
 lis ille, quàmque præclarus apparatus, quatu-
 or eunuchi cōfestim puluillis cōpluribus uen 45
 tose tumentibus, pluma delicata terrestre no-
 bis cubitum præstruunt. sed & stragula ue-
 ste auro, ac murice Tyrio depicta probè con-
 sternunt. Ac de super breuibus admodum, sed
 satis copiosis puluillis alijs nimis modicis, 50
 quas maxillas & ceruices delicatæ mulieris
 suffulcire consueuerunt, superstruunt: nec do-
 minæ uoluptates diutina sua præsentia mora-
 ti, clausis cubiculi foribus facessunt. At intus
 cerei præclara micantes lucē, nocturnas nobis 55
 tenebras inalbabant. Tunc ipsa cuncto pror-
 sus spoliata tegmine, tænia quoque qua de-
 coras deuinxerat papillas, lumē propter ad-

sistens, de stagneo uasculo multo sese perungit oleo balsamo, meque indidem largissime perfriat, sed multò tanta impensius cura etiam nareis perfundit meas. Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari solent basiola iactari, uel meretricum poscinumnia, uel aduentorum negocinumnia, sed pura atque sincera. Instruit et blandissimos affatus, amo et cupio, et te solum diligo, et sine
10 te iam uiuere nequeo, et cætera queis mulieres et alios inducunt, et suas testatur affectiones. Capistròque me deprehensum, more quo didiceram reclinat facile: quippe cum nil noui, nihilque difficile facturus mihi uiderer, præsertim
15 post tantum temporis, tam formosæ mulieris cupietis amplexus obiturus. Nam et uino pulcherrimo atque copioso memet madefeceram, et unguento flagrantissimo proluuium libidinis suscitaram. sed angebar planè, non exili metu
20 reputans, quemadmodum tantis, tanque magnis cruribus possem delicatam matronam inscendere, uel tam lucida, tamque tenera, et lacte ac melle confecta membra, duris ungulis completi, labiisque modicis ambrosio rore purpurantes, tam amplo ore tamque enormi, et saxeis
25 dentibus deformis suauari. Nouissime quo pacto, quam ex unguiculis perpruriscens mulier, tam uastum genitale susciperet. Heu me qui disrupta nobili fœmina, bestiis obiectus
t.i.

L. APVLEII DE ASINO

munus instructurus sim mei domini. Molles 30
interdum uoculas, & assidua suauia, & dul-
ces gannitus, cum morsicantibus oculis itera-
uerat illa. Et in summa, Teneo te (inquit) te-
neo meum palumbulum, meum passerem. Et
cum dicto uanas fuisse cogitationes meas, in- 35
eptumque monstrat metum: arctissime namq;
cōplexa, tum me prorsus, sed totum recipit. Il-
la uerò quotiens ei parcens nateis recellebā,
accedens totiens nixu rabido, & spinam pre-
hendens meam, appliciore nexu inhærebat, ut 40
hercules etiam deesse mihi aliquid ad supplē-
dam eius libidinem crederem, nec Minotauri
matrē frustra delectatā putarē adultero mu-
giēte. Iamq; operosa & peruigili nocte trās-
acta, uitata lucis conscientia, facessit mulier, 45
cōdicto pari noctis futuræ pretio. Nec graua-
tē magister meus uoluptates ex eius arbitrio
largiebatur, partim mercedes amplissimas ac-
ceptando, partim nouum spectaculum domi-
no præparando. Incontanter ei denique libi- 50
dinis meæ totam detegit scenam. At ille liber-
to magnificè nunerato destinat me spectacu-
lo publico, & quoniam neq; egregia illa uxor
mea propter dignitatem, neque prorsus ulla
alia inueniri poterat, grandi præmio uilis ac- 55
quiritur aliqua, sententia præsidis bestijs ad-
dicta, quæ mecum in coram publicam populi
caueam frequentaret, eius penè talem cogno-

ueram fabulam: Maritum habuit, cuius pater
 peregrè proficiscens, mandauit uxori suæ, ma-
 tri eiusdem iuuenis, quòd enim sarcina præ-
 gnationis oneratam eam relinquebat, ut si se-
 5 xus sequioris ædidisset foetus, protinus quod
 esset æditum, necaretur. At illa per absenti-
 am mariti, natā puellā insita matribus pietatē
 te præuēta, desciiuit ab obsequio mariti, eām-
 que prodidit uicinis alummandam. Regressō-
 10 que iam marito, natam, necatāque nuncia-
 uit. sed ubi flos ætatis nuptialem uirgini diē
 flagitabat, nec ignaro marito dotare filiā pro
 natalibus quibat, quod solum potuit, tacitum
 secretum filio suo aperuit. Nam & oppidò ue-
 15 rebatur, ne quo casu calor is iuuenilis impe-
 tu lapsus, nescius nesciam sororem incurre-
 ret. sed pietatis spectatæ iuuenis, & matris
 obsequium, & sororis officium religiose dis-
 pensat, & arcanis domus uenerabilis silentij
 20 custodiæ tradidit, plebeiam facie tenus præ-
 tendens humanitatem. sic necessarium san-
 guinis sui munus aggreditur, ut desolatam
 uicinam puellam, parentūque præsidio ui-
 duatam, domus suæ tutela receptaret. At mox
 25 artissimo, multūque sibi dilecto contuber-
 nali, largitus de proprio dotem liberalissimē
 traderet. sed hic bene atque optimè, plenā-
 q; cum sanctimonia disposita feralem fortu-
 næ nutum latere non potuere, cuius instinctu
 t. ij.

L. APVLEII DE ASINO

donum iuuenis protinus se direxit sæua riuu 30
 litas. Et illico hic eadem uxor eius, quæ nunc
 bestiis propter hæc ipsa fuerat addicta, cœpit
 puellam, uelut æmulam tori, succubamq; pri-
 mò suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelis-
 simis laqueis mortis insidiari. Tale deniq; cō 35
 miniscitur facinus: Annulo mariti surrepto,
 rus profecta, mittit quendam seruulum sibi
 quidem fidelem, sed de ipsa fide pessimè me-
 rentem, qui puellæ nunciaret, quòd eam iuue-
 nis profectus ad uillulam uocaret ad sese, ad- 40
 dito, ut sola & sine ullo comite quàm matu-
 rissimè perueniret. Et nequa fortè nasceretur
 ueniendi contatio, tradit annulum marito sub
 tractum, qui monstratus fidem uerbis adsti-
 pularetur. At illa mandato fratris obseques, 45
 hæc enim nomen sola sciebat, respecto etiam
 signo eius quod offerebatur, gnauiter, ut præ-
 ceptum fuerat, incommitata festinat. sed ubi
 fraudis extremæ lapsa decipulo, laqueos insi-
 diarum accessit, tunc illa uxor egregia, sor- 50
 rem mariti libidinosæ furie stimulis effera-
 ta, primum quidem nudam flagris ultimè uer-
 berat, dehinc quod res erat, clamantem quo-
 que quòd frustra pellicatus indignatione bul-
 laret, fratrisque nomen sæpius iterantem, ue-
 lut mentitam, atque cuncta fingentem titio- 55
 ne candenti inter media femina detrufo, cru-
 delissimè necauit. Tunc acerbæ mortis exci-

ti nuncijs frater & maritus accurrunt, uariisque lamentationibus defletam puellā tradunt sepulturæ. Nec iuuenis sororis suæ mortem tam miseram, & quæ minimè, ut par erat, illata est, æquo tolerare quiuit animo, sed medullitus dolore cōmotus, acerrimæq; bilis noxio furore perfusus, exin flagrantissimis febribus ardebat, ut ipsi quoque iam medela uideretur esse necēssaria. sed uxor quæ iam pridem nomen uxoris cum fide perdiderat, medi-
 10 cum conuenit quendā notæ perfidiæ, qui iam multarum palmarū spectatus prælijs, magna dextræ suæ trophæa numerabat: eiq; protinus quinquaginta promittit sestertia, ut ille
 15 quidē momentariū uenenū uenderet, illa autem emeret mariti sui mortem. Quo cōspectu simulatur necēssaria præcordijs leniendis, bilique subtrahēdæ illa prænobilis potio, quam sacram doctiores nominant. sed in eius uice
 20 subditur alia Proserpinæ sacra saluti. Iamque præsentē familia, & inde nonnullis amicis & affinibus, ægroto medicus poculum probè temperatum manu sua porrigebat. sed audax illa mulier, ut simul & consciū sceleris amoliretur, & quā desponderat pecuni-
 25 am lucraretur, coram detento calicē: Non prius (inquit) medicorum optime, non prius carissimo mihi marito trades istam potionem, q̄ de ea bonam partem hauseris ipse. Vnde enim
 t. iij.

L. APVLEII DE ASINO

scio, an noxium in ea lateat uenenum? quæ 3a
 res utique te tam prudentem, tamque doctū
 uirum nequaquam offendit, si religiosa uxor
 circa salutem mariti sollicita necessariam affe-
 ro pietatem. Qua mira desperatione truculē-
 tæ feminae repente perturbatur medicus, ex 35
 cussusque toto consilio, & ob angustiam tem-
 poris spatio cogitādi priuatus, antequam tre-
 pidatione aliqua uel cōtatione ipsa daret ma-
 læ conscientiaē suspicionem, indidem de potio-
 ne gustat ampliter. Quam fidem secutus ado 40
 lescens, etiam sumpto calice quod offereba-
 tur hausit. Ad istum modum præsentī trans-
 acto negotio, medicus quā celerimē do-
 mum remeabat, salutifera potione pestem
 præcedentis ueneni festinans extinguere. Nec 45
 eum obstinatione sacrilega, qua semel cœpe-
 rat, truculenta mulier ungue latius à se dis-
 cedere passa est, prius q̄ (inquit) digesta po-
 tione, medicinae euentus probatus appare-
 at. sed ægrè precibus & obsecrationibus e- 50
 ius, multum ac diu fatigata, tandem abire
 concessit. Interim perniciem cæcam totis ui-
 sneribus furantem, medullæ penitus attra-
 xerant. Multum denique saucius & graue-
 dine somnolenta iam demersus, domum per- 55
 uadit ægerimē. Vixque enarratis cunctis
 ad uxorem, mandat saltem promissam mer-
 cem mortis geminatae deposceret. sicque eli-

Digitized by Google

etiam uxorem medici simul & suam filiã ue 30
 neno eodem percutit. sed paruulæ quidem
 tenuem spiritum, & delicata ac tenera præ-
 cordia conficit protinus uirus infestum. At
 uxor medici, dum noxijs ambagibus pulmo-
 nes eius pererrat tempestas detestabilis potio 35
 nis, primùm suspicata quod res erat, mox ur-
 gente spiritu, iam certo certior contendit ad ip-
 sam præsidis domum, magnóque fidem eius
 protestata clamore, & populi cõcitato tumultu,
 utpote tam immania detectura flagitia, ef- 40
 ficat statim sibi simul & domus & aures præ-
 sidis patefierent. Iámque ab ipso exordio, cru-
 delissimæ mulieris cumctis atrocitatibus di-
 ligenter expositis, repente mentis nubilo tur-
 bine correpta, semibiantes adhuc compressit 45
 labias, & attritu dentium longo stridore red-
 dito, ante ipsos præsidis pedes exanimis cor-
 ruit. Nec ille uir alioquin exercitus, tam mul-
 tiforme facinus execratæ ueneficæ, dilatione
 languida passus marcescere, confestim cubicu 50
 larijs mulieris attractis, ui tormentorum ueri-
 tatem eruit: atq; illam minus quidem q̃ me-
 rebatur, sed quòd dignus cruciatus alius ex-
 cogitari nõ poterat, certè bestijs obijciendam
 pronunciauit. Talis mulieris publicitus matri 55
 moniũ confarraturus, ingentiq; angore oppi-
 dò suspẽsus, expectabã diem muneris, sæpius
 quidem metu mortẽ mihi uolens consciscere,

priusquam scelerosæ mulieris contagio macu-
 larer, uel infamia publici spectaculi depude-
 scerem. sed priuatus humana manu, priuatus
 digitis, ungula rotūda, atq; mutila gladium
 5 stringere nequaquam poteram. Planè tenui specu-
 la solabar clades ultimas, q̃ uer in ipso ortu
 iam gemmulis floridis cuncta depingeret, &
 iam purpureo nitore prata uestiret, & cōmo-
 dum dirupto spineo tegmine, spirantes cin-
 10 nameos odores p̃micaret rosæ, quæ me priori
 meo Lucio redderent. Dies ecce muneri desti-
 natus aderat, ad conspectū caueæ, prosequen-
 te populo pōpatico fauore, deducor. Ac dum
 ludicris scenicorū choreis, primitiæ spectacu-
 15 li dedicantur, tantisper ante portam constitu-
 tus, pabulum lætissimi graminis, quod in ipso
 germinabat aditu, libens affectabā, subinde
 curiosos oculos patente porta spectaculi, pro
 spectu gratissimo reficiens. Nam puelli, puel-
 20 læq; uirenti florētes ætatula, forma conspicui,
 ueste nitidi, incessu gestuosi, Græcanicā saltā-
 tes Pyrrhicam, dispositis ordinationibus, deco-
 ros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarū
 flexuosi, nunc in obliquā seriē connexi, & in
 25 quadratum patorem cuneati, & in cateruæ
 dissidium separati. At ubi discursus reciproci
 multinodes ambages tubæ terminalis cantus
 explicuit, aulæo subducto, & complicitis sipa-
 riy, scena disponitur. Erat mōs ligneus ad in-

L. APVLEII DE ASINO

star inclyti montis illius quē uates Homerus 30
 Idæum cecinit, sublimi instructus fabrica, cō
 situs uiretis, & uiuis arboribus, summo cacu
 mine de manibus fabri fonte manante fluuia
 leis aquas eliquans, capellæ paucula tōdebāt
 herbulas. Et in modum Paridis Phrygij pasto 35
 ris in barbaricis ammiculis humeris defluenti.
 bus pulchrè indufiatus adolescēs, aurea tiara
 cōtecto capite, pecuariū simulabat magisteriū.
 Adest luculentus puer nudus, nisi q̄ ephebica
 chlamyda sinistrū tegebat humerū, flauis cri- 40
 nibus usquequaque conspicuus. Et iter comas
 eius aureæ pinnulæ cognatione simili sociatæ
 prominebant, quē caduceū, & uirgula Mer-
 curium indicabant. Is saltatoriē procurrens,
 malūque bracteīs inauratum dextra gerēs 45
 ei qui Paris uidebatur porrigit, quæ manda-
 ret Iupiter nutu significans. Et protinus gra-
 dus citulè referens, è conspectu facessit. Inse-
 quitur puella uultu honesta, in deæ Iunonis
 speciem similis: nam caput stringebat diade- 50
 ma candida, ferebat & sceptrū. Irrupuit a-
 lia, quam putares Minervam, caput contecta
 fulgenti galea, & oleaginea corona tegebatur
 ipsa galea, clypeum attollens, & hastam qua
 tiens, & qualis illa cum pugnat. Super has 55
 introcessit alia uisendo decore præpollēs, gra-
 tia coloris ambrosēi designans Venerē, qua-
 lis fuit Venus cum fuit uirgo, nudo & inte-

Et corpore, perfectam formositatē professa,
 nisi quod tenui pallio bombycino inumbra-
 bat spectabilem pubem : quam quidem laci-
 niam curiosulus uentus, satis amanter, nunc
 5 lasciuiēs reflabat, ut dimota, pateret flos æta-
 tulæ: nunc luxurians aspirabat, ut adhærens
 pressulè, membrorum uoluptatem graphice
 laciniaret. Ipse autē color deæ diuisus in spe-
 ciem, corpus candidum, quod cælo demeant,
 10 amictus cæculus, quod mari remeant. Iam sin-
 gulas uirgines, quæ deæ putabātur sui obibāt
 comites: Iunonē quidē Castor & Pollax, quo-
 rum capita, cassides orbatæ stellarū apicibus
 insignes cōtegebāt. sed & isti Castores erant
 15 scenici pueri. Hæc puella uarios modulos la-
 sciua cōtinēte tibia pcedens, quieta & inasse-
 ctata gesticulatione, nutibus honestis pastori
 pollicetur, si sibi præmiū decoris addixisset,
 sese regnū totius Asiæ tributurā. At illā quā
 20 cultus armorū Mineruam fecerat, duo pueri
 muniebant præliaris deæ comites armigeri,
 Terror & Metus, nudis insultātes gladijs. At
 ponē tergū tibi cōtormū canebat bellicosū. Et
 pmissens bōbis grauibus tinnitus acutos, in
 25 modū tubæ saltatiōis agilis uigorē suscitabat.
 Hæc inq̄eto capite, & oculis in aspectū mina-
 cibus, citato & intorto genere gesticulatione
 alacri demonstrabat Paridi, si sibi formæ uictō-
 riæ tradidisset, fortē tropheisq; bellorum in-

clytum suis amminiculis futurū. Venus ecce, 30
 cum magno fauore caueæ in ipso meditullio
 scenæ, circūfuso populo lætissimorū paru-
 lorū dulcè subridens cōstitit amœnē. Illos te-
 retes & lacteos puellōs diceres tu Cupidines
 ueros de cælo uel mari cōmodū inuolasse. Nā 35
 & pinnulis & sagittulis & habitu cætero
 formæ præclaræ cōgruebāt, & uelut nuptia-
 leis epulas obituri dominæ, corascis præluce-
 bant facibus, & influunt innuptarum puel-
 larū decoræ soboles. Hinc Gratiæ gratissimæ, 40
 inde Horæ pulcherrimæ, quæ iaculis floris
 ferti & soluti deam suā propitiantes, scitissi-
 mum cōstruxerūt chorū, dominæ uoluptatum
 ueris coma blandiētes. Iam tibiæ multisorabi-
 les cātus Lydios dulciter cōsonāt, quibus spe- 45
 ctatorū pectora suaue mulcētibus longè sua-
 uior Venus placidè cōmoueri, cunctatq; lētē
 uestigio & leuiter fluctuantes pinnulas, &
 sensim annutante capite cœpit incedere, mol-
 liq; tibiārū sono delicatis respōdere gestibus: 50
 & nunc mite cōniuentibus, nunc acre cōmi-
 nantibus gestire pupulis, & nonnūq; saltare
 solis oculis. Hæc ut primū ante iudicis cō-
 spectum facta est, nixu brachiorū polliceri ui-
 debatur, si fuisset deabus cæteris antelata, da 55
 turam se nuptam Paridi forma præcipuam,
 suiq; consimilem. Tunc animo uolenti Phry-
 gius iuuenis malū, quod tenebat, aureū, uelut

- uictoriae calculū, puellae tradidit. Quid ergo miranini uilissima capita, imò forensia pecora, imò uerò togati uulturij, si toti nunc iudices sententias suas pretio nūndinātur, cū rerum exordio, inter deum & homines agitatū iudiciū, corruerit gratia: & originale sententiam magni Iouis cōsilijs electus iudex rusticanus, & opilio lucro libidinis uendiderit, cū totius etiam suae stirpis exitio. Sic hercules
- 10 & aliud sequens iudiciū inter inclytos Achiuorum duces celebratū, uel cū falsis insimulationibus, eruditione, doctrināque praepollens Palamedes proditiōis damnatur, uel uirtute Martia praepotenti praefertur Vlysses modicus Aiaci maximo. Quale autē & illud iudiciū apud legisferos Athenienses, & catos illos & omnis scientiae magistros? Nōne diuinæ prudentiae senex, quem sapientia praetulit cūctis mortalibus deus Delphicus, fraude
- 20 & inuidia nequissimae factionis circumuētus, uelut corruptor adolescētiae, quā frenis coercebat, herbae pestilentis succo noxio perēptus est, relinquens ciuibus ignominiae perpetuae maculā? Cum nunc etiā egregij philosophi sciam eius sanctissimā praepotent, & summo beatitudinis studio iurent in ipsius nomē. sed ne quis indignationis meae reprehēdat impetum, secum sic reputans: Ecce nunc patiemur philosophantē nobis asinum, rursum unde dis-
- 25

cessi reuertar ad fabulam . Postquā finitū est 30
 illud Paridis iudiciū, Iunō quidē cū Minerva
 tristes & iratis similes, scena redeūt, indigna
 tionē repulsæ gestibus professæ: Venus uerō
 gaudens & hilaris, lætitiā saltando toto cum
 choro professa est. Tunc de summo mōtis ca- 35
 cumine per quandā latentem fistulā in excel
 sum prorūpit unda croco diluta, sparsimque
 defluēs pascentas circa capellas odoro ppluit
 hymbre, donec in meliorē maculatæ speciē ca-
 niciem propriā luteo colore mutarent. Iamq; 40
 tota suaue fragrante cauea, montē illū ligneū
 terræ uorago decerpit. Ecce quidā miles per
 mediam plateā dirigit cursū, petiturus, po-
 pulo iam postulante, illam de publico carcere
 mulierē, quam dixi propter multiforme sæ- 45
 lus bestijs esse damnatā, meisq; præclaris nu-
 ptijs destinatam. Et torus genialis scilicet no-
 ster futurus acuratissimē discernebatur, le-
 ctus Indicæ testudine perlucidus, plumea cō-
 gerie tumidus, ueste serica floridus. At ego 50
 præter pudorem obeūdi publicē concubitus,
 præter cōtagium scælestæ pollutæq; fœminæ,
 metu etiā mortis cruciabar maximē. sic ipse
 mecum reputans, quōd in amplexu uenereo
 scilicet nobis cohæretibus, quæcumq; ad exi- 55
 tium mulieris bestia fuisset immissa, nō aded
 uel prudētia solers, uel artificio docta, uel ab-
 stinentia frugi posset prouenire, ut adiacentē

lateri meo laceraret mulierē, mihi uerò quasi
indemnato & innoxio parceret. Ergo igitur
non de pudore iam, sed de salute ipsa sollicitus,
dū magister meus lectulo probè coaptando
5 districtus inseruit, & tota familia partim mi-
nisterio uenatiōis occupata, partī uoluptario
spectaculo attonita, meis cogitatiōibus liberū
tribuebatur arbitriū. Nec magnopere q̄squā
custodiendum tam mansuetum putabat asi-
10 num, paulatim furtiuū pedem proferens por-
ta, quæ proxima est potitus, iam cursu me æ-
lerrimo proripio. Séxq; totis passuū nullibus
perniciter confectis, Cechreas peruado, quod
oppidum adeunt quidem nobilissimæ colo-
15 niæ Corinthiensium, adluitur autem Aegæo
& saronico mari, ubi portus etiam tutissi-
mum nauium receptaculum magno frequē-
tatur populo. Vitatis ergo turbulis & electo
secreto litore, prope ipsas fluctuū aspergines,
20 in quodā molliissimo harenæ gremio, lassum
corpus porrectus refoueo. Nā & ultimā diei
metā, curriculū solis deflexerat, & uesperti-
næ me quieti traditū dulcis sōnus oppressit.

25 Argumentum undecimi libri.

Totus quidem Apuleius elegantia & eru-
ditione plenus est, hic uerò nouissimus liber
inter omnes excellit. In quo dicuntur quædam

L. APVLEII DE ASINO

*simpliciter, multa ex fide historica, plurima ex
secretarijs philosophiæ & religiōis Aegyptiæ
deprōpta. in principio eloquenter explicatur
oratio nō asinalis sed Theologica ad Lunam,
eiusq; luculenta descriptio: mox Lunæ ad Lu-
cium beniuola institutio, pompæ sacerdotalis
copiosa & erudita descriptio, ex asino in ho-
minem pristinū deuoratis rosis facillima re-
formatio, religiosa sacris Isidis & Osiridis
initiatio, castimoniarum abstinentia, altera ad
Lunā deprecatio, felix Romam uersus profe-
ctio, ubi sacris Romanis initiatus in collegiū
Pastophororum allectus est.*

L. APVLEII MA- DAVRENSIS PHILOSO- PHI PLATONICI, DE ASI- NO AVREO LIBER VNDECIMVS.



*Ira primam ferme
noctis uigiliā exper-
rectus pauore subito, 45
uideo præmicātis Lu-
næ candore nimio cō-
pletum orbem, cōmo-
dum marinis emergē-
tem fluctibus. Nactū
que opacæ noctis silētiosa secreta, certus etiā*

summam deam præcipua maiestate pollere,
 resq; prorsus humanas, ipsius regi puidetia:
 nec tantum pecuina & ferina, uerum inani-
 ma etiam diuino eius luminis, numinisq; nu-
 5 tu uegetari: ipsa etiam corpora terra, cælo,
 mariq; nunc incrementis consequenter auge-
 ri, nunc decrementis obsequenter imminui. Fa-
 to scilicet iam meis tot, tantisq; cladibus satia-
 to, & spem salutis licet tardam subministra-
 10 te, augustum specimē deæ præsentis statui de
 precari. Confestimq; discussa pigra quiete ala-
 cer exurgo, meq; protinus purificandi studio,
 marino lauacro trado, septiesq; submerso flu-
 etibus capite, quod eū numerum præcipue re-
 15 ligioni aptissimū, diuinus ille Pythagoras p-
 didit, lætus & alacer, deam præpotentem la-
 chrymoso uultu sic apprecabar: Regina cæli,
 siue tu Ceres, alma frugum parēs originalis,
 quæ repertu lætata filiæ, uetustæ glandis fe-
 20 rino remoto pabulo, miti commonstrato cibo,
 nunc Eleusinam glebam percolis: seu tu cæle-
 stis Venus, quæ primis rerum exordijs, sexuū
 diuersitatem generato amore sociasti, & æter-
 na sobole humano genere propagato, nūc cir-
 25 cumfluo Paphi sacrario coleris: seu Phœbi so-
 ror, quæ partu ferarum medelis lenientibus
 recreato, populos tantos educaſti, præclarisq;
 nūc ueneraris delubris Ephesi: seu nocturnis
 ululatibus horrēda Proserpina, triformi facie
 u. i.

L. APVLEII DE ASINO

laruales impetus cōprimēs, terræq; claustra 30
 cohibens, lucos diuersos inerrans, uario cultu
 propitiaris, ista luce fœminea cōlustrans cūcta
 mœnia, & nudis ignibus nutriens læta femi-
 na, & solis ambagibus dispēsans incerta lu-
 mina. Quoquo nomine, quoquo ritu, quaq; fa- 35
 cie te fas est inuocare, tu meis iam nūc extre-
 mis ærumnis subsiste, tu fortunā collapsam
 affirma, tu sæuis exanclatis casibus pausam,
 pacemq; tribue, sit satis laborū, sit satis peri-
 culorum. Depelle quadrupedis diram faciem, 40
 redde me conspectui meorū, redde me meo Lu-
 cio. Ac si quod offensum numē inexorabili me
 sæuitia premit, mori saltem liceat, si nō licet
 uiuere. Ad istū modū fuis precibus, & adstru-
 ctis lamentationibus, rursus mihi marcentem 45
 animum, in eodem illo cubili sopor circūfusus
 oppressit. Necdum satis cōpresseram, & ecce
 pelago medio uenerādos dijs etiā uultus at-
 tollens, emergit diuina facies. Ac dehinc pau-
 latim toto corpore perlucidum simulacrū ex. 50
 cussio pelago ante me cōstitisse uisum est. Eius
 mirandā speciem ad uos etiā referre cōnitur,
 si tamen mihi differendi tribuerit facultatem
 paupertas oris humani, uel ipsum numeneius
 dapfilem copiam eloquutilis facundiae sub- 55
 ministrauerit. Iam primum crines uberrimi,
 prolixique, & sensim intorti per diuina colla
 passiuē dispsi, molliter defluebāt. Corona mul-

tiformis, uarijs floribus sublimem distrinxe-
 rat uerticem, cuius media quidem super fron-
 tem planā rotunditas in modum speculi, uel
 imo argumētum Lunæ candidum lumē emi-
 5 cabat. Dextra, laudq; sulcis insurgentiū uipe-
 rarum, cohibita spicis etiam cerealibus desu-
 per porrectis; multicolor bisso tenui ptexta;
 nunc albo candore lucida, nunc croceo flore
 lutea, nunc roseo rubore flammida, & quæ
 10 longè, longèq; etiam meum confutabat obtu-
 tum, palla nigerrima splendescens atro nitore,
 quæ circumcirca remeans, & sub dextrum la-
 tus ad humerum lauum recurrens, umbonis
 uicem deiecta parte laciniae multipilci cōtabu-
 15 latione dependula, ad ultimas oras nodulis
 fimbriarū decoriter cōfluctuabat p̄ intextam
 extremitatē, & in ipsa eius planicie stellæ di-
 spersæ coruscabant, earūq; media semestris
 luna flammeos spirabat ignes. Quæqua tamē
 20 īsignis illius pallæ p̄fluebat ābitus, īdiuiduo
 nexu corona totis floribus, totisq; constructa
 pomis, adhærebat. I ā gestamia, lōgè diuersa.
 Nam dextra quidē ferebat æreū crepitaculū,
 cuius p̄ angustā laminā in modū baltei recur-
 25 uatam, traiectæ mediæ paucae uirgulæ, cris-
 pante brachio tergeminos tractus reddebant
 argutū sonū. Leue uerò cymbiū dependebat
 aureū, cuius ansulæ, quā parte cōspicua est, in-
 surgebat a sp̄is caput extollēs arduum, cervici-

L. APVLEII DE ASINO

bus latè tumescentibus. Pedes ambrosios tege 30
 bant solæ, palmæ uictricis folijs intextæ. Ta-
 lis ac tanta spirās Arabiæ felicitis germina, di-
 uina me uoce dignata est: En adsum tuis com-
 mota Luci precibus rerum natura parens, ele-
 mentorum omnium domina, seculorū progeni. 35
 es initialis, summa numinū, regina manium,
 prima cælitum deorū, dearūmq; facies unifor-
 mis, quæ cæli luminosa culmina, maris salu-
 bria flamina, inferūm deplorata silentia nu-
 tibus meis dispēso: cuius numen unicum nul- 40
 tiformi specie, ritu uario, nomine multiugo,
 totus ueneratur orbis. Inde primigenij Phry-
 ges Pessinunticā nominant deūm matrē: hinc
 Autochthones Attici, Cecropeia Mineruam: il-
 linc fluctuantes Cyprj, Paphia Venerē: Cretes 45
 sagittiferi, Dictynā Dianā: Siculi trilingues,
 stygiam Proserpinā: Eleusini uetustam deam
 Cererē, Iunonē alij, alij Bellonā, alij Hecaten,
 Rhamnusiā alij: & qui nascentis diei solis
 inchoatibus illustrantur radijs Aethiopes, A- 50
 rjqs, priscāq; doctrina pollentes Aegyptj, ce-
 rimonijs me proprijs percolentes: appellant
 uerò nomine reginā Isidem. Adsum tuos mi-
 serata casus, adsum fauens & propitia. Mit-
 te iam fletus, & lamentationes omitte, depel- 55
 le mœrorem. Iam tibi providentia mea, illu-
 cescit dies salutaris. Ergo igitur imperijs istis
 meis animum intēde sollicitum. Diem, qui dies

ex ista nocte nascetur, æterna mihi nunc pa-
 uit religio, quo sedatis hybernis tempestati-
 bus, & lenitis maris procellosis fluctibus,
 navigabili iam pelago rudem dedicantes ca-
 rinam, primitias cōmeatus libant mei sacer-
 dotes. Id sacrum, nec sōlicita, nec prophana
 mente debetis opperiri. Nam meo monitu sa-
 cerdos in ipso pcinctu pompæ roseam manu
 dextra sistro cohærentē gestabit coronā. In-
 10 contanter ergo dimotis turbulis alacer conti-
 nuare pompam meam, uolentia fretus: & de
 proximo clementer, uelut manum sacerdotis
 osculabūdus, rosis decerptis, pessimæ, mihiq;
 detestabilis iandudū beluæ istius corio te pro
 15 tinus exuo. Nec quicquā rerum mearū refor-
 mides, ut arduū. Nam hoc eodē momento, quo
 tibi uenio, simul & tibi præsens, quæ sūt cō-
 sequētia sacerdoti meo per quietem faciēda
 præcipio, meo iussu tibi constricti comitatus
 20 decedēt populi. Nec inter hilares cerimonias,
 & festiua spectacula, quisquam deformē istā
 (quam geris) faciem perhorrescet, uel figurā
 tuam repente mutatā sequius interpretatus
 aliquis malignè criminabitur. Planè memi-
 25 neris, & penita mente conditū semper, tene-
 bis, mihi reliqua uitæ tuæ curricula, adusque
 terminos ultimi spiritus uadata. Nec iniuriū,
 cuius beneficio redieris ad homines, ei totum
 debere, q̃ uiues. Viues autem beatus, uiues in
 u. iij.

L. APVLEII DE ASINO

mea tutela gloriosus: & cum spatium sæculi 30
 tui permessus ad inferos demearis, ibi quoque
 ipso subterraneo semirotondo, me quæ uides
 Acherontis tenebris interlucente, stygiisque
 penetralibus regnante, campos Elisios incolæ
 ipse, tibi propitiam frequens adorabis. Quod 35
 si sedulis obsequijs & religiosis ministerijs,
 & tenacibus castimonijs numen nostrum prome-
 rueris, scies ultra statuta fato tuo spatia, uitæ
 quoque tibi prorogare mihi tantum licere. Sic
 oraculi uenerabilis sine plato, numen inuictum 40
 in se recessit. Nec mora, cum somno peritus abso-
 lutus, pauore & gaudio, ac dein sudore nimio
 permixtus exurgo, summeque miratus deæ pote-
 tis tam claræ præsentiam, marino rore resper-
 sus, magnisque imperijs eius intentus, monitio- 45
 nis eius ordinem recalebam. Nec mora, cum noctis
 atræ fugato nubilo, solexurgit aureus, ecce
 discursu religioso ac persus triumphali, turbula
 complent totas plateas: tantaque hilaritudine
 præter peculiarem meam gestire mihi cuncta 50
 uidebantur, ut pecua etiam huiusmodi, & to-
 tas domos, & ipsum diem serena facie gau-
 dere sentirem. Nam & pruinam pridianam dies
 apricus ac placidus repente fuerat insecutus,
 ut canoræ etiam auiculæ prolestante uerno 55
 uapores concentus suaves adsonarent, matrem
 siderum, parentem temporum, orbisque to-
 tius dominam blando mulcentes affamine.

Quid quòd arbores etiam quæ pomifera so-
 bole fecundæ, quæq; earum tantū umbra cō-
 tentæ, steriles austrinis laxatæ flatibus, germi-
 ne foliorum renidentes, clementi motu bra-
 5 chiorū dulces strepitus obsibilabant, magnòq;
 procellarū sedato fragore, ac turbido fluctuū
 tumore posito, mare quietas alluuiæ tēpera-
 bat. Cælum autem nubilosa caligine disiecta,
 nudo sudòque luminis proprii splendore cā-
 10 debat. Ecce pōpæ magnæ paulatim præcedūt
 anteludia, uocibus cuiusque studiis exornata
 pulcherrimè. Hic incinctus balteo militē ge-
 rebat, illum succinctum chlamyde crepidæq;
 uenabula uenatorem fecerāt. Alius soccis ob-
 15 auratis indutus serica ueste, mundòque pre-
 tioso, & adtextis capite crinibus, incessu p-
 fluo fœminam mentiebatur. Porrd aliū ocreis,
 scuto, galea, ferròq; insignem è ludo putares
 gladiatorio procedere. Nec ille deerat, qui ma-
 20 gistratū fascibus purpuráq; luderet. Nec qui
 pallio, baculòque, & baxeis & hircino bar-
 bitio philosophum fingeret. Nec qui diuersis
 arundinibus, alter aucupem cum uisco, al-
 ter piscatorem cum hamo induceret. Vidi &
 25 ursam mansuem, quæ cultu matrimoniali
 sella uehebatur, & simiam pileo textili, cro-
 ceisq; Phrygijs catamiti pastoris specie,
 aureum gestantem poculum, & asinum
 pinnis adglutinatis adambulantem cuidam
 u.iii.

seni debili, ut illū quidem Bellerophontē, hūc 30
 autem dicerēs Pega sum, tamē riderēs utrūq;. Inter has oblectationes ludicras populariū,
 quæ passim uagabātur, iam sospitatricis deæ
 peculiaris pompa moliebatur. Mulieres can-
 dido splendentes amicimine, uario latantes 35
 gestamine, uerno florētes coronamine, quæ de
 gremio per uiam qua sacer incedebat comi-
 tatus, solū sternebant flosculis, aliæq; nitēti-
 bus speculis ponē tergum reuersis, uenienti
 deæ obuiū cōmōstrarent obsequiū. Et quæ pe. 40
 cines ebutneos ferentes, gestu brachiorū, fle-
 xūq; digitorū ornatū atq; obpexū criniū re-
 galiū fingerent: illæ etiā quæ cæteris unguē-
 tis & geniali balsamo guttatim excusso con-
 spergebant plateas. Magnus præterea sexus 45
 utriusq; numerus lucernis, tēdis, cereis, & a-
 lio genere ficti luminis syderū cælestiū stirpē
 propitiantes. symphonix, dehinc suauēs fistu-
 læ, tibiæq; modulis dulcissimis personabant.
 Eas amœnus lectissimæ iuuetutis ueste niuea 50
 & cataclista prænitens sequebatur chorus,
 carmen uenustum iterantes, quod Camœna-
 rum fauore solers poëta modulatus edixerat,
 quod argumentum referebat. Interim maio-
 rum antecantamenta uotorum. Ibant & di- 55
 cati magno serapi tibicines, quiper obliquum
 calamus ad aurem porrectum dexteram, fa-
 miliarem templi deiq; modulum frequenta-

- bāt, & pleriq; qui faciliē sacris uia dari prædicarēt. Tūc influūt turbæ sacris diuinis iniatiæ, uiri, fœminæq; omnis dignitatis & omnis ætatis linteæ uestis cādore puro lumino.
- 5 si. Illæ lymphoto tegmine crines madidos obuolutæ: hi capillum derafi funditus uerticem prænitentes, magnæ religionis terrena sydera, æreis & argenteis, imd uerò aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Et
- 10 antistites sacrorū procures illi, qui cādido linteamine cinctum pectoralem adusque uestigia strictim iniecti, potentissimorū deūm proferebant insignas exuuias. Quorum primus lucernam claro præmicantem porrigebat lumine,
- 15 mine, non aded nostris illis consimilem, quæ uespertinas illuminant epulas, sed aureum cymbium in medio sui patore flammulam suscitās largiorem. Secundus uestitu quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria,
- 20 id est auxilia, quibus nomen dedit proprium, deæ summatis auxiliaris prouidētia. Ibat tertius attollens palmam, auro subtiliter foliatam, necnon Mercurialem etiā caduceū. Quartus æquitatis ostendebat indicium, deformatam manum sinistram, porrecta palmula, quæ genuina pigritia, nulla caliditate, nulla solertia prædita, uidebatur æquitati magis aptior quàm dextra. Idem gerebat & aureū uasculum in modū papillæ rotundatum, de quo

L. APV LËII DE ASINO

lacte libabat. Quintus auream uannum aure 30
 is cōgestam ramulis: & alius ferebat ampho-
 ram. Nec mora, cum dei dignati pedibus hu-
 manis incedere prodeunt, hic horrendum, ille
 superum commeator & inferum, nunc atra
 nunc aurea facie sublimis, attollens anis ær 35
 uices arduas Anubis, læua caduceum gerens,
 dextra palmam uirentem quatiens. Cuius ue-
 stigium continuum sequebatur bos in erectū
 leuata statum, bos omniparentis deæ fœcum-
 dum simulacrum, quod residens humeris su- 40
 is proferebat unus è ministerio beato gressu
 gestuoso. Ferebatur ab alio cista fœretorū ca-
 pax, penitus celans operta magnificæ religio-
 nis. Gerebat alius felici suo gremio summi sui
 numinis uenerandam effigiem, non pecoris, 45
 non auis, nō feræ, ac ne hominis quidē ipsius
 consimile: sed solerti repertu, etiam ipsa no-
 uitate, reuerēdam altioris utcumq; & magno
 silentio tegendæ religionis argumentum inef-
 fabile, sed ad istum planè modum fulgente au 50
 ro figuratum. Vnula faberrimè cauata fun-
 do quàm rotundo, miris extrinsecus simula-
 cris Aegyptiorum effigiata, eius orificiū non
 altiusculè leuatum, in canalem porrectum lō
 go riuulo pminebat. Ex alia parte uerò mul- 55
 tum reatēdens spatiosa dilatatione adhærebat
 ansa, quam contorto nodulo supersedebat as-
 pis squameæ æruicis stricto tumore sublimis.

Et ecce præsentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia & fata, salutemque ipsam, meam gerens sacerdos appropinquat ad ipsum præscriptum diuinæ promissionis ornatum, dextra proferens sistrum deæ coronam, mihi etiam hercules coronam consequenter, quod tot ac tantis exanclatis laboribus, tot emergsis periculis, deæ maximæ providentia adluçantem mihi sæuissimam fortunam
 10 superare. Nec tamen gaudio subitario commotus inclementi me cursu proripui, uerens scilicet ne repentino quadrupedis impetu religionis quietus turbaretur ordo: sed placido ac prorsus humano gradu cunctabundus paulatim
 15 obliquato corpore sanè diuinitus decedente populo, sensim irrepo. At sacerdos (ut reapse cognoscere potui) nocturni comonefactus oraculi, miratusque congruentiam mandati muneris, cōfestim restitit, & ultro porrecta dextra,
 20 ob os ipsum meū coronā exhibuit. Tunc ego trepidās assiduo pulsū micanti corde, coronā quæ rosis amœnis intexta fulgurabat auido ore susceptam, cupidus cupidissimè deuorant, nec me fefellit cæleste promissum. Protinus
 25 mihi delabitur deformis & ferina facies, ac primo quidē squalens pilus defluit, ac dehinc cutis crassa tenuatur, uenter obesus residet, pedum plantæ per ungulas in digitos exeunt, manus non iam pedes sunt, sed in erecta por-

L. APVLEII DE ASINO

riguntur officia, cervice procerâ cohibetur, os 30
 & caput rotundatur, aures enormes repetunt
 paruitatem pristinam, dentes saxei redeunt
 ad humanam minutiem, & quæ me potissi-
 mum cruciabat antè cauda, nusquam compa-
 ruit. Populi mirantur, religiosi uenerantur tam 35
 euidentem maximi numinis potentiam, &
 consimilem nocturnis imaginibus magnificen-
 tiam, & facilitatem reformationis: clarâq; &
 consona uocè cælo manus attendentes, testan-
 tur tam illustre deæ beneficium. At ego stu- 40
 pore nimio defixus tacitus hærebam, animo
 meo tam repentinum, tamq; magnum non ca-
 piente gaudium, quid potissimum præferer
 primum, unde nouæ uocis exordium ca-
 perem, quo sermonem nunc renata lingua fe- 45
 licius auspicarer, quibus quâtiisque uerbis tam
 te deæ gratias agerem. sed sacerdos utcum-
 que diuino monitu cognitis ab origine cum-
 ctis cladibus meis, quanquam & ipse insigni
 permotus miraculo, nutu significato, prius 50
 præcipit tegendo mihi linteam dari laciniam.
 Nam me cum primum nefando tegmine de-
 spoliauerat asinus, compressis in arctum fe-
 minibus, & superstrictis accuratè manibus,
 quantum nudo licebat, uelamento me natura 55
 li probè muniueram. Tunc è cohorte religio-
 nis unus impigrè superiorem exutus tuni-
 cam, supertexit me ælerrimè. Quo facto, sacer

dos uultu geniali, & hercules perhumano, in
 aspectum meum attonitus sic affatur: Multis
& uarijs exanclatis laboribus, magnisq; for-
tunæ tempestatibus, & maximis actus pro-
 5 cellis, ad portum quietis & aram misericor-
diæ Luci tandem uenisti nec tibi natales, ac
 ne dignitas quidem, uel ipsa (qua flores) us-
 quā doctrina profuit: sed lubrico uirētis æta-
 tulæ ad seruileis delapsus uoluptates, curiosi
 10 tatis improspere sinistrum præmium repor-
 tasti. sed utcumque fortunæ cæcitas, dum te
 pessimis piculis discruciat, ad religiosam istā
 beatitudinem, improuida produxit malitia.
 Eat nunc, & summo furore sæuiat, & crude-
 15 litati suæ materiam quærat aliam. Nam in e-
 os quorum sibi uita seruitiū, deæ nostræ ma-
 iestas uindicauit, non habet locum casus infe-
 stus. Quid latrones, quid feræ, quid seruitiū,
 quid asperrimorum itinerum ambages reci-
 20 proæ, quid metus mortis quotidianæ nesa-
 riæ fortunæ profuit? In tutelā iam receptus
 es fortunæ, sed uidentis, quæ suæ lucis splen-
 dore cæteros etiam deos illuminat. Sume iam
 uultum lætiorem, candido isti habitu tuo con-
 25 gruentem, comitare pompam deæ sospitati-
 cis in ouanti gradu, uideant irreligiosi, uide-
 ant, & errorem suum recognoscant. En ecce
 pristinis ærūnis absolutus, i sidis magnæ pro-
 uidentia, gaudens Lucius de sua fortuna tri-

L. APVLEII DE ASINO

umphant. Quo tamen tutior sis atque muni- 30
 tior, da nomen huic sanctæ militiæ, cuius nō
 olim sacramento etiam rogabar: tēque iam
 nunc obsequio religiōis nostræ dedica, et mi-
 nisterij iugum subi uoluntarium. Nam cum
 cœperis deæ seruire, tunc magis senties fru- 35
 ctum tuæ libertatis. Ad istum modum uatici-
 natus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus
 trahens conticuit. Exin permixtus agmini re-
 ligioso procedens comitabar sacrarium, totæ
 ciuitati notus, ac conspicuus, digitis hominu, 40
 nutibusque notabilis: omnes in me populi fa-
 bulabantur, hunc omnipotentis hodie deæ nu-
 men augustum reformauit ad homines. Felix
 hercules, et sibi beatus, qui uitæ scilicet præ-
 cedentis innocentia, fidēque meruerit tam præ 45
 clarum de cælo patrociniū, ut renatus quo-
 dammodo, statim sacrorum obsequio despon-
 deretur. Inter hæc et festorum uotorum tu-
 multum paulatim progressi, iam ripam ma-
 ris proximamus, atque ad ipsum illum locū, 50
 quo pridie meus stabulauerat asinus, perueni-
 mus. Ibidem simulacris ritē dispositis, nauem
 faberrimē factam, picturis miris Aegyptio-
 rum circumseptus uariēgatam, summus sa-
 cerdos teda lucida, et ouo, et sulphure solen- 55
 nissimas preces, de casto præfatus ore, quā
 purissimē purificatam deæ nuncupauit, dedi-
 cauitque. Huius aluei felicitis nitens carbasus

lintea notum ingestans progerebat. Ecce literæ
 uotum instaurabant de noui commeatus pro-
 spera navigatione. Iam malus insurgit. Pinus
 rotunda splendore sublimis insignis arche-
 5 sio conspicua, et puppis intorta cerucho, bra-
 cteis aureis uestita fulgurabat, omnisq; pror-
 sus carina citro lympido perpolita florebat.
 Tunc cuncti populi tam religiosi, quam pro-
 phani uannos onustas aromatis, et huiusce-
 10 modi supplicij certatim congerunt, et insu-
 per fluctus libant intritum lacte confectum,
 donec muneribus largis, et deuotionibus fau-
 stis completa nauis, absoluta strophij ancho-
 ralibus, peculiari serenôq; flatu pelago redde-
 15 retur. Quæ postquam cursus spatio prospectû
 sui nobis incertat, sacrorû geruli sumptis rur-
 sum quæ quisque detulerant, alacres ad pha-
 num reditum capeffunt, simili ritu pompæ
 decori. At cum ad ipsum iam templum per-
 20 uenimus, sacerdos maximus, quique diuinas
 effigies progerebant, et qui uenerandis pene-
 tralibus pridem fuerant initiati, intra cubicu-
 lû deæ recepti, disponunt ritè simulacra spi-
 rantia. Tunc ex his unus quem cuncti gram-
 25 matea dicebant, pro foribus assistens cœtu Pa-
 stophorûm, qd sacrosancti collegij nomē est, ue-
 lut in cōcionē uocato, indidem de sublimi sug-
 gestu, de libro, de literis fausta uota præfa-
 tus, principi magno senatuiq; et equiti, toti-

L. APVLEII DE ASINO

Romano populo nauticis nauibus, quæq; sub 30
 imperio mundi nostratis reguntur, renunciat
 sermone ritûq; Græciensi ita, λαοῖς ἀφ' ὧν,
 populis missio. Quā uocē feliciter cunctis eue
 nire signauit populi clamor insecutus. Exin
 gaudio delibuti populares, talos, uerbenas, co. 35
 rollas ferentes, exosculatis uestigijs deæ, quæ
 gradibus hærebat argēto formata, ad suos dis
 cedunt lares. Nec tamen sinebat me animus
 ungue latius indidem digredi, sed intentus
 deæ specimen pristinos casus meos recorda- 40
 bar. Nec tamen fama uolucris pigra pinnarū
 tarditate cæssauerat, sed protinus in patria,
 deæ prouidētis adorabile beneficium, meam-
 que ipsius fortunam memorabilem narraue-
 rat passim. Confestim denique familiares ac 45
 uernulæ, quique mihi proximo nexu sangui-
 nis cohærebant, luctu deposito, quem de meæ
 mortis falso nuncio susceperant, repentino læ-
 tati gaudio, uarie quisque nunerabundi, ad
 meum festinant illico diutinum, reducēmque 50
 ab inferis conspectum. Quorū desperata ip-
 se etiam facie recreatus oblationes honestas
 æqui, bonique facio: quippe cum mihi fami-
 liareis, quoad cultum, sumptumque largiter
 succederet, deferre perspicuè curassent. A ffa- 55
 tis itaque ex officio singulis, narratisq; meis
 pristinis ærūnis, & præsentibus gaudijs, me
 rursum ad deæ gratissimum mihi refero con

spectum. Aedibúsque conductis, intra consp-
 ectum templi, larem temporarium mihi consti-
 tuo, deæ ministerijs adhuc priuatis appositus,
 cõtuberniisq; sacerdotũ indiuiduus, & nu-
 5 minis magni cultor inseparabilis. Nec fuit nox
 una, uel quies aliqua uisũ deæ, monitũq; ieiu-
 na, sed crebris imperijs sacris suis me iandu-
 dum destinatum, nunc saltem censebat initia-
 ri. At ego quãquam cupienti uoluntate præ-
 10 ditus, tamem religiosa formidine renitebar.
 Quod enim sedulo percontaueram difficile re-
 ligionis obsequium, & castimoniorum abstinẽ-
 tiam satis arduam, cautõque circumspectu ui-
 tam quæ multis casibus subiacet esse munien-
 15 dam. Hæc identidem mecum reputans, nescio
 quomodo, quanquam festinans differebã. No-
 cte quadam plenum gremium suum uisus est
 mihi summus sacerdos offerre. At requirenti,
 Quid utique istud? respõdisse, Parteis illas de
 20 Thessalia mihi missas, seruum etiam meũ in-
 didem superuenisse, nomine Candidum. Hanc
 experrectus imaginem diu, diũque apud cogi-
 tationes meas reuoluebam, quid rei portende-
 ret, præsertim cum nullum unquam habuiss-
 25 se me seruum isto nomine nũcupatum certus
 essem. Vt tamen sese præsagium somni porri-
 geret, lucrum certum modis omnibus significa-
 ri partium oblatiõe credebam. sic anxius &
 in prouentum prosperiorem attonitus, templi
 x.i.

matutinas aptiones opperiebar. Ac dum ual. 30
 uis candentibus reductis in diuersum deæ ue-
 nerabilem cōspectum apprecamur, & per dis-
 positas aras circumiens sacerdos rem diuis-
 nam procurat, supplicamentis solennibus de-
 penetrati fonte petitum spondium libat. Re- 35
 bus iam ritè consummatis, inchoatæ lucis sa-
 lutationibus, religiosi primam nunciantes
 horam, perstrepunt. Et ecce superueniunt de
 patria quos ibi reliqueram famuli, cum me
 Fotis malis incapistrasset erroribus. Cognitis 40
 scilicet famulis meis, nec non & equum quo-
 que illum meum reducentibus, quem diuer-
 sè distractum notæ dorsualis cognitione re-
 cuperauerāt. Quare solertiam somni tum mi-
 rabar, uel maximè quodd præter congruenti- 45
 am lucrosæ pollicitationis, argumento serui
 Candidi, equum mihi reddidisset colore can-
 didum. Quo factò idem sollicitus, sedulum co-
 lendi frequentabam ministerium, spe futura
 beneficijs præsentibus pignerata. Nec minus 50
 indies mihi magis, magisque accipiendorum
 sacrorum cupido gliscebatur. summisque preci-
 bus primum sacerdotem sæpissimè conue-
 neram, petens, ut me noctis sacræ tandem ar-
 canis initiaret. At ille uir alioquin grauis, & 55
 sobriæ religionis obseruatione famosus, cle-
 menter ac comiter, & ut solent parentes, im-
 maturis liberorum desiderijs modificari, me-

30 am differēs instantiam, spei melioris solatijs,
 alioquin anxium mihi pernulcebat animum.
 Nam & diem quo quisq; possit initiari, de
 nutu demonstrari, & sacerdotem qui sacra de
 5 beat ministrare, eiusdē providētia deligi, sum-
 ptus etiam cērimonijs necessarios, simili prae-
 cepto destinari. Quae cuncta nos quoq; obser-
 uabili patientia sustinere censebat, quippe cū
 auditati, cōtumaciāq; sumae cauere, & utrā-
 10 que culpā vitare, ac neq; uocatus morari, nec
 nō iussus festinare deberē: nec tamen esse quē-
 quā de suo numero tā perditae mētis, uel imō
 destinatae mortis, qui nō sibi quoq; seorsum iu-
 bēte domina, temerariū atq; sacrilegū audeat
 15 ministeriū subire, noxamq; lethālē cōtrahere.
 Nā & inferū claustra, & salutis tutelā in
 dea manu posita, ipsamq; traditionē ad instar
 uolūtariae mortis, & p̄cariae salutis celebrari:
 quippe cū transactis uitae tēporibus, iā in ipso
 20 finitae lucis limine cōstitutos, quas tamē tutō
 possint magna religionis cōmitti silētia, numē
 dea soleat elicere, & sua p̄uidētia quodāmo-
 do renatos, ad nouae reponere rursus salutis
 curricula. Ergo igitur me quoq; oportere caele-
 25 ste sustinere praeceptum, quanquā perspicua
 euidentiq; magni numinis dignatione, iandū-
 dum felicitis ministerio nuncupatum, destina-
 tūmq;, nec secus q̄ cultores ceteri, cibis pro-
 phanis ac nefarijs iam nunc temperare, quo
 x.ij.

L. APVLEII DE ASINO

rectius ad arcana purissimæ religionis secre- 30
 ta peruaderem. Dixerat sacerdos, nec impati-
 entia corrumpebatur obsequium meum, sed
 intentus miti quiete, & probabili taciturnita-
 te, sedulum quot dies obibam culturæ sacro-
 rum ministerium. Nec me fefellit, nec longi 35
 temporis prolatione cruciauit potētis deæ be-
 nignitas salutaris. sed noctis obscuræ, non ob-
 scuris imperijs euidenter monuit, aduenisse
 diem mihi semper optabilem, quo me maxi-
 mi uoti competeret, quantoque sumptu debe. 40
 rem procurare supplicamentis: ipsūque Mi-
 thram illum suum sacerdotem præcipuum, di-
 uino quodam stellarum consortio (ut aiebat)
 mihi coniunctum sacrorum ministrum decer-
 nit, Quis & cæteris beniuolis præceptis sū- 45
 matis deæ recreatus animi, necdum satis lu-
 cæ lucida discussa quiete, protinus ad recepta-
 culum sacerdotis contendo, atque eum cubicu-
 lo suo commodum prodeuntem, continuatus
 saluto. solito constantius destinaueram iam ue 50
 lut debitum sacris obsequium flagitare. At il-
 le statim ut me conspexit, prior, O Luci (in-
 quit) te felicem, te beatum, quem propitia uo-
 luntate numen augustum tātopere dignatur.
 Et quid (inquit) iam nunc stas otiosus, atque 55
 ipsum demoraris? Adest tibi dies uotis assidu-
 is exoptatus, quo deæ multinominis diuinis
 imperijs per istas meas manus pūssimis sa-

30 erorum arcanis insinueris. Et iniecta dexte-
 ra, senex commississimus, ducit me protinus ad
 ipsas fores ædis amplissimæ, ritûque solenni
 apertionis celebrato ministerio, ac matutino
 5 peracto sacrificio, de opertis adyti profert
 quosdam libros literis ignorabilibus præno-
 tatos: partim figuris huiuscemodi animalium
 concepti sermonis compendiosa uerba sugge-
 rentes: partim nodosis, & in modum rotæ tor-
 10 tuosis, capreolatimque condensis apicibus, à
 curiositate prophanorum lectione nunita. In-
 didem mihi prædicat, quæ forent ad usum
 teletæ necessariò præparanda. Ea p̄tinus gna-
 uiter & aliquanto liberalius, partim ipse, par-
 15 tim per meos socios coëmenda procuro. Iam.
 que tempore (ut aiebat sacerdos) id postulan-
 te, stipatum me religiosa cohorte deducit ad
 proximas balneas: & prius sueto lauacro tra-
 ditum, præfatus deum ueniam, purissimè cir-
 20 cumrorans abluit. Rursûmque ad templum
 reductum, iam duabus diei partibus transa-
 ctis, ante ipsa deæ uestigia constituit, secretò-
 que mandatis quibusdam, quæ uoce meliora
 sunt, illud planè cunctis arbitris præcipit, de
 25 cæm continuis illis diebus cibariam uolupta-
 tem coërcerem, neque ullum animal essem, &
 inuinius essem. Queis uenerabili continentia
 ritè seruatis, iam dies aderat diuino destina-
 tus uadimonio, & sol curuatus intrahebat
 x.iiij.

L. APVLEII DE ASINO

aesperam. Tum ecce confluent undique tur- 30
 bae sacrorum, ritu vetusto, varijs quisque me
 muneribus onerantes. Tunc semotis procul
 prophantis omnibus, linteo, rudique me conte-
 ctum ammicimine, arrepta manu sacerdos de-
 ducit ad ipsius sacrarij penetralia. Queras 35
 forsitan satis anxie studiosè lector, quid dein-
 de dictum, quid factum? Dicerem, si dicere li-
 ceret; cognosceres, si liceret audire, sed parem
 noxam contraherent aures & linguae illae te
 merariae curiositatis. Nec te tamen desiderio 40
 forsitan religioso suspensū angore diutino cru-
 ciabo. Igitur audi, sed crede quae uera sunt.
 Accessi confinium mortis, & calcato Proserpi-
 nae limine, per omnia uectus elementa remea-
 ui. Nocte media uidi solem candido coruscantem 45
 lumine, deos inferos, & deos superos. Ac-
 cessi coram & adorauī de proximo. Ecce tibi
 retuli, quae quauis audita, ignores tamen ne-
 cesse est. Ergo quod solum potest sine piaculo
 ad prophanorum intelligentias enunciari, re- 50
 feram. Mane factum est, & perfectis solenni-
 bus, processī duodecim sacratus stolis, habitu
 quidem religioso satis, sed effari de eo nullo
 uinculo prohibeor: quippe quod tunc tempo-
 ris uidere praesentes plurimi. Nanque in ip- 55
 so aedis sacrae meditullio, ante deae simula-
 crum constitutum tribunal ligneum iussus
 superstiti, byssina quidem, sed floride depi-

eta ueste conspicuus . Et humeris depende-
 bat ponè tergum talorum tenuis , preciosa
 chlamyda:quaquà tamen uiferes , colore ua-
 rio circūnotatis insignibar animalibus . Hinc
 5 drocones Indici , inde grypes Hyperborei ,
 quos in speciem pinnatæ alitis generat mun-
 dus alter . Hanc olympiacam stolam sacrati
 nuncupant . Ad manum dextram gerebam
 flammis adultam facem, & caput decorè co-
 10 rona cinxerat, palmæ candidæ folijs, in mo-
 dum radiorum profistentibus . sic ad instar
 solis exornato , & in uicem simulacri consti-
 tuto, repente uelis reductis in aspectum po-
 pulus errabat. Exhinc festiuissimum celebra-
 15 ui natalem sacrorum, & suauis epulæ, & fa-
 ceta conuiuia . Dies etiam tertius pari ceri-
 moniarum ritu celebratus , & ientaculum
 religiosum, & teletæ legitima consummatio.
 Paucis dehinc ibidem commoratus diebus,
 20 inexplicabili uoluptate simulacri diuini per-
 fruebar, irremunerabili quippe beneficio pi-
 gneratus . sed tamen deæ monitu licet non
 plenè, tamen pro meo modulo supplicuè gra-
 tijs persolutis , tardam satis domuitionem
 25 comparo , uix equidem abruptis ardentis-
 simi desiderij retinaculis . Prouolutus de-
 nique ante conspectum deæ , & facie mea
 diu deterfis uestigijs , lachrymis obor-
 tis , singultu crebro sermonem interficiens ,
 x.iiij.

L. APVLEII DE ASINO

Et uerba deuorans aio: Tu quidem sancta, 30
 humani generis sospitatrix perpetua, semper
 fouendis mortalibus munifica, dulcem matris
 affectionem miserorum ca sibus tribuis: nec
 dies, nec quies ulla, ac ne momentum quidem
 tenue tuis transcurrit beneficijs otiosum, quin 35
 mari, terraque protegas homines, Et depul-
 sis uitæ procellis, salutarem porrigas dex-
 tram, qua fatorum etiam inextricabiliter con-
 torta retractas licia, Et fortunæ tempestates
 mitigas, Et stellarum uarios meatus cohibes. 40
 Te superi colunt, obseruant inferi, tu rotas
 orbem, lumnas solem, regis mundum, cal-
 tas tartarum. Tibi respondent sydera, rede-
 unt tempora, gaudent numina, seruiunt ele-
 menta, tuo nutu spirant flamina, nutrium- 45
 tur nubila, germinant semina, crescunt ger-
 mina. Tuam maiestatem perhorrescunt aues
 cælo meantes, feræ montibus errantes, ser-
 pentes solo latentes, beluæ ponto natantes.
 At ego referendis laudibus tuis exilis inge- 50
 nio, Et adhibendis sacrificijs tenuis patri-
 monio: nec mihi uocis ubertas, ad dicenda
 quæ de tua maiestate sentio sufficit, nec ora
 mille, linguæq; totidem, uel indefessi sermo-
 nis æterna series. Ergo quod solum potest re- 55
 ligiosus quidem, sed pauper alioquin effice-
 re, curabo, diuinos tuos uultus, numenque
 sanctissimum intra pectoris mei secreta con-

ditum perpetuò custodiens imaginabor . Ad
 istum modum deprecato summo numine, cō-
 plexus Mithram sacerdotem, & meum iam pa-
 rentem, collóque eius multis osculis inhærens
 5 ueniam postulabam, quòd eum condignè tan-
 tis beneficijs remunerare nequirem. Diu de-
 niq; gratiarum gerendarum sermone prolixo
 commoratus, tandem digredior, & recta uia
 patrium larem reuisurus meum, post aliquan-
 10 tulum temporis cōtendo. Paucisque pòst die-
 bus deæ potentis instinctu, raptim constrictis
 sarcinulis, naue consensa, Romam uersùs pro-
 fectionem dirigo: tutusque prosperitate uen-
 torum ferentium hausi portum celerrimè. Ac
 15 dehinc carpento peruolaui, uesperaq; , quam
 dies insequēbatur Iduum Decembrium, sacro
 sanctam istam ciuitatem accedo . Nec ullum
 tam præcipuum mihi exinde stadium fuit, q̃
 quotidie supplicare summo numini reginæ I-
 20 sidis, quæ de templi situ sumpto nomine Cā-
 pensis, summa cum ueneratione propitiatur.
 Eram denique cultor assiduus, phani quidem
 aduena, religionis autem indigena. Ecce trās-
 curso signifero circulo, sol magnum annum
 25 compleuerat, & quietem meam rursus in-
 terpellat numinis benefici cura puigilis, &
 rursus teletæ, rursus sacrorum commonet.
 Mirabar quid rei tentaret, quid pronuncia-
 ret futurum . quidni? plenissimè iandudum

L. APVLEII DE ASINO

Videbar initiatus . Ac dum religiosum scrupulum partim apud sensum meum disputo, partim sacrorum cōsilijs examino, nouum, mirúmque planè cōperior, deæ quidem me tantum sacris imbutum, ac magni dei, deūque summi parentis inuicti Osiris, necdum sacris illustratum : quanquam enim connexa (imò uerò unica) ratio numinis, religionisq; esset, tamen teletæ discrimen interesse maximum. Prohinc me quoq; peti magno etiam deo famulum sentire deberem. Nec diu res in ambiguo stetit. Nam proxima nocte uidi quēdam de sacratis, linteis inteētū, qui thyrsos & hederas, & tacenda quādam gerens, ad ipsos meos lareis collocaret, & occupato sedili meo religionis amplæ denunciaret epulas . Is ut agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri pedis talo paululū reflexo, cunctabundo clementer incedebat uestigio. sublata est ergo post tam manifestam domini uoluntatem ambiguitatis tota caligo, & illico deæ matutinis pfectis salutatiōibus, summo studio percunctabar singulos, ecqui uestigium similis ut somniū, nec fides absuit. Nam de pastophoris unum conspexi statim præter indicium pedis, cætero etiam statu atq; habitu exanussim nocturnæ imagini cōgruentem, quē A sinium Marcellum uocitari cognoui. Postea reformationis meæ nō alienum nomē.

Nec moratus conueni protinus eum sanè nec
 ipsum futuri sermonis ignarū: quippe iandu-
 dum consimili præcepto sacrorum ministrā-
 dorum commonefactum. Nam sibi uisus est
 5 quiete proxima, dum magno deo coronas ex-
 aptat, & de eius ore, quo singulorū fata di-
 ctat, audisset, mitti sibi Madaurēsem, sed ad-
 modum pauperem, cui statim sua sacra debe-
 ret ministrare. Nam & illi studiorum gloriā,
 10 & ipsi grande compendium sua comparari
 prouidentia. Ad istum modum desponsus sa-
 cris, sumptuum tenuitate contra uotum meū
 retardabar. Nā uiriculas patrimonij peregri-
 nationis attriuerant impensæ, & erogatio-
 15 nes urbiæ pristinis illis prouincialibus anti-
 stabant. Plurimum ergo duritia paupertatis
 intercedente, quod ait uetus prouerbium, in-
 ter sacrum & saxum positus cruciabor, nec
 secius tamen identidē numinis premebar in-
 20 stantia. Iamq; sæpiculè nō sine magna turba-
 tione stimulatus, postremò iussus ueste ipsa
 mea, quanuis paruula distracta, sufficientem
 corrasum mulam, & id ipsum præceptum
 fuerat specialiter. An tu (inquit) si quam rem
 25 uoluptati struēdæ molireris, lacinijs tuis ne-
 quaquā parceres, nūc tātas cerimonias aditu-
 rus, impœnitēdæ te pauperiei cōtaris comitē?
 Ergo igitur cūctis affatim præparatis, rursus
 decē diebus inanimis cōtētus cibus, insup̄ etiā

de Serapis principalis dei nocturnis orgijs il. 30
 lustratus, plena iam fiducia germanæ religio-
 nis, obsequium diuinum frequentabam. Quæ
 res summum peregrinationi meæ tribuebat
 solatium, nec minus etiam uictum uberiores
 subministrabat. Quidni? spiritu fauentis euē- 35
 tus quæsticulo forensi nutrito, per patrocini-
 a sermonis Romani. Et ecce post paucalium
 tempus, inopinatis & usquequaque mirifi-
 cis imperijs domini rursus interpellor: & co-
 gor tertiam quoque teletam suscitare. Nec le- 40
 uī cura sollicitus, sed oppidd suspensus ani-
 mi, mecum ipse cogitationes exercitus, cogita-
 bam quorsus noua hæc, & inaudita se cæ-
 lestium porrigeret intentio: quid subsiciūm
 quāuis iteratæ iam traditioni remāssisset, ni- 45
 mirum perperam uel minus plenè cōsulue-
 runt in me sacerdos utrique. Et hercules, iam
 de fide quoque eorum opinari cœptabam se-
 quius. Quo me cogitationis æstu fluctuantem
 ad instar insanix percitum, sic instruxit no- 50
 eturna diuinatione clemens imago: Nihil est
 (inquit) quod numerosa serie religionis, qua-
 si quicquam sit prius omissum terreare: quin
 assidua ista numinum dignatione letum ca-
 pesse gaudium, & potius exultanter futurus, 55
 quod alij, uel semel, uix cōceditur, tēq; de isto
 numero meritò præsume semper beatum. Cæ-
 terum futura tibi sacrorum traditio perne-

cessaria est, si tecum nunc saltem reputaueris
 exuias deæ, quas in prouincia sumpstisti, in
 eodem phœno depositas persēuerare: nec te
 Romæ diebus solennibus uel supplicare his,
 5 uel cum præceptum fuerit felici illo amictu
 illustrari posse. Quod felix itaque ac faustum
 salutaréque tibi sit, animo gaudiali rursum
 sacris initiare, dijs magnis authoribus. Ha-
 ctenus diuini somnii suada maiestas quod
 10 usus foret pronunciauit. Nec deinceps postpo-
 sito uel in supinam procrastinationem reiecto
 negotio, statim sacerdoti meo relatis quæ ui-
 deram, in animæ protinus castimonie iugum
 subeo, & lege perpetua præscriptis illis de-
 15 cem diebus spontali sobrietate multiplicatis,
 instructum teletæ comparo, largitus ex stu-
 dio pietatis magis, quàm mensura rebus collatis.
 Nec hercules laborum me, sumptuumque quic-
 quam pœnituit. Quidni? liberali domini pro-
 20 uidentia, iam stipendijs forensibus bellulæ fo-
 tum. Denique post dies admodum pauculos,
 deus deum magnorum potior, & maiorum
 summus, & summorum maximus, & maxi-
 morum regnator Osiris, non in alienam quã-
 25 piam personam reformatus, sed coram suo
 uenerando me dignatus affamine, per quie-
 tem præcipere uisus est, quàm nunc incotan-
 ter gloriosa in foro redderem patrocinia, nec
 extimescerem maliuolorum disseminationes,

L. APV L. DE ASINO LIB. XI.

quas studiorum meorum laboriosa doctrina 30
ibi deseruiebat. Ac ne sacris suis gregi cæte-
ro permixtus deseruirem, in collegium me pa-
stophorum suorum imò, inter ipsos decurionum
quinquennales elegit. Rursum denique
quàm rasò capillo collegij uetu- 35
stissimi, & sub illis syllæ
temporibus conditi
munia non ob-
umbrato, uel obtecto caluitio, sed quoquouer
sus obuio, gau- 40
dens ob-
ibam.

FINIS LIBRORVM LVCII
 APVLEII DE ASINO
 AVREO.

ANNOTATIONES QVAEDAM

perbreues, in gratiam Apuleianæ dictio-
nis elegantiae studioſorū collectæ, quibus
breuiter difficilia quæq; quæ alioqui re-
morari poſſent Lectore auidū explicātur.

1. 2. Sermone Mileſio) Sermo Mileſius di-
ctus fabuloſus, lepidus, iocoſus, aut delicatus,
à Mileſijs nimirum Ioniae populis, qui deli-
cijs luxuq; celebres fuere: quorū illud fertur
decantatiſſimum, οἴκοι τὰ μιλῆσια, μὴ γὰρ
ἐνθάδε, in eos qui domesticū luxū celebrant
ubi minus pbatur. Vide Polit. miſcel cap. 16.

1. 7. Papyrus Aegyptiam) Illinc enim de-
ferebatur, ut ostendit Plini. lib. 13. cap. 12. &
Ruel. lib. ſuo de natura ſtirpium opere abſo-
lutiffimo, primo, cap. 109. apud quos & ratio
conſciendæ papyri elegantiſſimè deſcribitur.
In quibuſdam exemplaribus hoc ordine non
male hic uerſus legitur,

Modo ſi papyrus Aegyptiam tu argutia
Nilotici calami &c. Niloticos uocat à cōmē-
datiōe, etſi antiquis nobiliores fuerint Gnidij.

1. 16. Proſapia) generis & familiae origo,
à proſerpendo. dictio uetus ut ostendit Quin-
tilianus lib. 1. cap. 11.

1. 13. Hymettos Attica) Enumeratio eſt ori-
ginis ſuæ. Eſt autem Hymettus mons Atticae
melle & marmore inclytus.

1. 14. Isthmos Ephiræa) Isthmos angustiae
Peloponnesi inter Aegæum & Ioniū maria, in
quarū medio Corinthus est olī Ephyre dicta.

1. 14. Tænaros spartiaca) Tænaros oppidū
& promōtorium est Laconiae. spartiaca autē
dicitur ab sparta, quæ metropolis est Laco-
niae, à sparto filio Phoronei ut uolunt.

1. 23. Desultoriae) μεταφορικῶς uocat
ludicrā uoluptuariāmq; scientiam, ueluti de-
silientem à pristino seueriori studio.

1. 45. Ientaculū ambulatoriū) ἀκράτομα
περιπατητικόν, quod sensim ambulādo car-
pit equus in pratis.

1. 52. Non quidem curiosum) separat Bero-
aldus dictionem curiosum, legens curio sum,
separatim: exponitq; ita, Videtur curio hoc in
loco à cura festiuite deduci, quasi curiosus,
qui curat & satagit nosse curiosè res nouas.
Nobis placuit cum nonnullis exemplaribus
coniunctim legere.

2. 1. susurramine) incantamento: ut lib. 4.
instit. Iust. dicuntur susurri magici.

2. 2. Colligari) congelascere.

2. 3. Lunā despumari) Credebatur atiqui-
tus lunā depressu magico, cogi ut despuma-
ret in herbas suppositas, & lunare uirus in-
funderet, quo ad magicen utebantur. Quod
testatur Lucanus in 6. ita canens de luna,
Et patitur tantos cantu depressa labores,

donec suppositas ppior despamet in herbas.

2. 14. Polentæ caseatæ) Polenta cibus fuit
ātiquitus Græciæ familiaris, de qua uide Plī
ni. lib. 18. cap. 7. & Ruel. de natur. stirp. li. 2.
ca. 16. caseatā autē uocat, idito caseo subactā.

2. 15. Mordicō) Mordicus, id est cum mor-
su & dentibus, aduerbium est.

2. 19. Proximo) appropinquo, uerbum est.
Pœcilen) Pœcile porticus Atheniensis, ita à ua-
rietate picturæ, quam gratuito Polygnotus
Thasius pictura insignis, depinxit dicta. de
hac apud Plini. lib. 35. cap. 9.

2. 29. Dei medici baculo) Aesculapij filij A-
pollinis medicinæ repertoris, qui manibus ba-
culum serpente inuolutum tenebat.

2. 29. stabulum) hospitium significat, ubi
dicit se pro altero satisfacturū stabulario, hoc
est hospiti.

2. 30. Merces hic) pro hæc, frequens A pu-
leio dicto.

2. 35. Thessaliam) oppidum non regio no-
tatur: nisi mauis cum quibusdam Thessalicam
legere, ut Hypaten intelligas.

2. 39. Aeginensis ab Aegina deductum in-
sula, ita ab Aegina Aeaci matre dicta, antea
Enopia, patria Pauli Aeginetæ medici. Alij
Aegiesis, ab Aegio oppido Pelopōnēsi, ubi Iu-
piter à capra nutritus dicitur, unde epitheto
αἰγιοχόος ab Homero dicitur ut qdā putāt.

y. i.

2. 40. Aetnæo melle) siculo, quod proximè
ab Attico laudatur.

2. 41. Aetoliam) proximam Epiro quæ A-
cheloo amne diuiditur ab Acarnania.

2. 42. Cōperto itaq;) Locutio absolūta uete-
ribus & Apuleio usitata: ut infra. fol. 3. 28.
Probè curato &c.

2. 46. Præstinaturus) empturus, uerbum
uetus est.

2. 49. Magnarius) celebris & clarus in ob-
eundis magnis mercaturis.

2. 53. Lurore) squalore & pallore.

3. 7. Conclamatus) de ritu antiquorū sum-
ptum, quibus seruabātur cadauera septē die-
bus, & calida abluebātur, & post ultimā cō-
clamationē cōburebantur. unde emerſit illud
Terentianū, Desine iam cōclamatū est.

3. 17. Sutuli centuculo) quod ante dixit scilicet
sili palliastro, deducto uocabulo à centone,
qui uestis crassior est.

3. 30. Ad lubentias) ad hilaritates & læ-
ticias.

3. 35. Replaudens) manu reperiens re-
tegēsque capillis reiectis.

3. 38. secundum quæstum) post lucrum.

3. 40. Larissam) ciuitatem Theſſaliæ.

3. 42. Laciniosa) flexuosa, plicatili.

4. 47. Domuitionis) reditus ad penates. di-
ctio usurpata etiam Ciceroni.

3. 51. Virgine) ardore libidinis, & fentigi-
ne pruritúque quodam.

3. 56. Saccariam) quidam legūt, sagariam.

4. 10. Cælum deponere) ἀντίθετον ὧς οἱ
ponit impossibilia.

4. 14. Aulæum tragicū) innuit omittendam
esse eiusmodi sermocinationem, quæ tragicis
quàm familiari narrationi sit accommoda-
tior. Est autem aulæum uelamen picturis in-
textum, quo ut ex authore patet utebantur
tragici. ut & siparium uelum mimicum, quo
mimi sceniciq; utebantur.

4. 18. Efflictim) uehementer & ardentem.

4. 19. Aethiopes utriq; orientales & occi-
dentales, ut inquit Homerus, αἰθίοπας, τοὶ
δὶ χθρὰ δὲ δ' αἰάται, ἔχεται ἀνδρῶν ὅς
μὲν δ' υἱοσμένους ὑπερίονος, αἱ δ' ἀνιόντος.

4. 20. Folia sunt artis) leuia & nugatoria.

4. 29. Ronchis) Fictitia à ῥέγχω quod ster-
to est, uox proprie stertentium, hic autem pro
derisione ut uidetur capitur.

4. 24. Repugnato) coercito & phibito. Quidā
nō male repigrato legūt, quod est retardato.

4. 42. Medea) Conuenit Apuleio cū Plinio
ita lib. 2. cap. 15. scribente de naphtha: Huic
magna cognatio igniū, transiliūntq; protinus
in eā undecūq; uisam. Ita ferūt à Medea pel-
licem crematam, postq; sacrificatura ad aras
accefferat, corona igne rapta. Aliter tamē do-
y. ij.

cent Nāso, Diodorus lib. 5. cap. 3. & Seneca
in Medea.

4. 43. Filiāmq; Glaucam nomine, ut scribit
Diodorus ut ali; uero Creūsam.

4. 45. In scrobem procuratis) Notum est ex
magico ritu hoc dici uel ex Homero ita libro
ὁ δ' υσ. λ. scribente,

ἔγω δ' ἄορ ὁξὺ ἐρυσάμηνος παρὰ μηρῶ,
βόθρομ' ὄρουξ', ὄασορ τε πυγούσιορ ἐνθα
καὶ ἐνθα.

4. 50. Consonē) cōcordi cōmuniq; sentētia.

5. 41. Testudo factus) quodd lecto inuerso
tectus ac coopertus esset, ut testudo in sua
domo.

5. 32. Infimū) aduerbialiter, in infimā partē.

15. 38. Carus Endosmion) Ironia est. Qui
dam autem legunt Endymion, ut ita alludat
ad Endymionem illum à Luna adamatū.
Alij Hedyosmion à suauitate odoris, quasi
dulciculum.

5. 32. Catamitus) Ganymedes meus, qui ita
à ueteribus dictus est. est autem ironia.

5. 42. Vlyssi) Genitiuus antiquus, ut etiam
Calypsonis.

6. 11. A uictimæ religione) ex ritu sacrifi-
cantium, omnia dicit obseruata.

6. 20. Varicus) more equitantium.

6. 55. Cucurbitæ caput) Fortasse intelligit
plebeiam cucurbitam, cuius meminit Plin. lib.

19. cap. 5. & Ruel. de natura stirpium lib. 2.
cap. 66. ut dicat uile exponendūq; periculo.
7. 2. Marcidus) ut Plinius in Panegy. dixit
marcidos somno.
7. 6. Illud horæ) ut id tēporis, p eo tēpore.
7. 11. Genere tumultuario) cū tumultu &
sine cōsilio, aut deliberatione.
7. 22. Altrinfēcus) in altiore parte.
7. 27. Ad ingluuiem) ad gulā, proprie tamē
gurgulionē aut asperam arteriam.
7. 34. Exerte) uoce sublatissima.
7. 48. Olore) ab oleo deductum, quidam ta-
men habent odore.
8. 2. sedulo arbitrabar) diligēter īspiciebā.
8. 27. Buxeo) Buxus arbor est pallore &
durtia nota uulgo ut docet Ruel. de stirpib.
lib. I. cap. 60.
8. 33. Breuitas) κατὰ χροῖς p paucitas.
8. 42. Explere latice) more antiquorū, pro
exple tripsum aqua nitida.
8. 48. Patarē) à pateo deriuatū, id est, hiatū
& apertionem.
8. 50. Exanimatū) cōtra q̄ Donatus p mor-
tuo nō autē conturbato & conterrito.
9. 1. Aetoliam) apud Plini. lib. 4. cap. 2.
9. 7. Vt habitus & habitudo.) uestitus &
corporis constitutio.
9. 24. Ingressu) pro ingressui.
9. 27. Prioribus) primoribus & summatibus.

- 9.29. Pomœrium) est, ut inquit Liviûs lib.
1, circa murum locus: & ut Festus, Pomœriû
quasi promuriû, id est proximum muro.
9. 33. Altrinfecus) ex utraq; parte.
9. 39. Aerugini) pecuniæ & rei numma-
riæ, ab ære deducta dictione.
9. 47. Modico secus) nō longe à caupona.
9. 59. Modico deinde) id est paulo pōst.
10. 3. Assidebat pedes) nō malè cū sentētia
Luciani legas penes, καὶ θίσει τοὺς ποδῶν.
10. 6. Properiter) p̄pere, festināter, subito.
10. 12. Fibula) putat accipi Beroaldus pro
clauistro, tanquam nihil sit satis clausum mu-
nitūq; ab incurſu latronū: admonētq; purius
legi, sessula aut sessibula: ut sedile intelligas.
10. 18. Gurgustioli) asulæ, tuguriunculi.
10. 23. Theſei illius) Aethræ & Aegæi A-
thenarum regis filij, cuius uitā descripsit Plu-
tarchus. Conatur autem Milo commendare
suum hospitium Apuleio ab exemplo Theſei
clari viri, qui olim iuuenis hospitio comiter
exceptus est Hecales cuiusdam egentis & ue-
tulæ. de Hecale ann uide Polit. misæ. cap. 24.
centur. 1.
10. 34. Itineris ubiq;) ut ubique locorum,
pro omni loco.
10. 42. Cupedinis) Cupes, Cupedia, Cupe-
dula, antiquis lautiores cibi, uel cupiditas lau-
tiorum ciborum.

10. 43. *Opipare*) *copiosum*, & *abundantē*.
10. 55. *Lixas*) *ministros magistratui ser-*
uientes.

11. 6. *Postliminio*) *reditum* & *reuerſione*
in forum ſignificat, unde autem dicatur uide
Topica Ciceronis. Alij à *post*, quod est *retro* &
liminium, *paragogica particula*: alij à *post* &
limen, *deriuant*.

11. 19. *Officiale*) *ministerium* & *apparito-*
rem, ab officio dictum.

11. 25. *Prudentis*) *Ironia* est.

11. 26. *Lautus*) *lotus*, à *lauo*.

11. 36. *Ingratis*) *aduerbium* est pro *inui-*
to, & non *ultro*.

11. 49. *Rancidi*) *infauis*, *aspernabilis* &
amari.

In librum ſecundum annotata.

12. 23. *Natiua cantamina*) *tāquam ars*
magica nata eſſet in Theſſalia.

12. 31. *Ferali*) *magico* & *peſtifero*.

12. 44. *Nepotali*) à *nepos*, qui *prodigus*
dicitur.

13. 4. *Inenormis succulenta pceritas*) *mal-*
lem reclamantibus tamen exemplaribus etiā
Aldino, cum *Beroaldo legere*, *Inenormis pra-*
ceritas, succulenta gracilitas.

13. 8. *quoquouerſum*) *ex omni parte*.

13. 31. *Palmaris deæ*) *Victoriæ deæ*, à *pal-*
ma uictoriæ ſigno ita dictæ.

y.iiiij.

13. 33. Pilæ) columna, decitantes autē ne p̄decorantes dixit.

13. 37. Signum) statua & simulacrum.

13. 48. Muscis) Quid sit muscus ostendit Ruellius lib. I. cap. 40.

13. 49. Pampinis) Pampini frondentiū uitis ramusculorū comæ coliculīq; fructū fouētes.

14. 2. Agitationis officio) tanq̄ in subiectis aquis agitari, moueri, ludere uideantur.

14. 17. surculis & lapillis) eleganter, quoniā talibus uis magici inesse credebatur, afflatis uerbis magicis.

14. 47. Geniale) cōiugalē lectū, qui nuptijs sternitur in honorē Genij inquit Festus.

15. 4. Iuscū fartim) pulpanētū minutatim cōcisum, à farciēdo dictū, quale fere est quod Gallis dicitur paste en pot.

15. 6. Pascue) opipare, laute, abundantur. Aldus habet, Abacū ad pascua uirulenta.

15. 7. Tucetū) esca regia, ut buccellatū, cibibus militaris.

15. 9. Russea fasciola) rubentis coloris, rufus & rufus idē. uidetur autē fasciā pectoralē significare qua papillæ cohibentur.

15. 15. Inundabat) undatim agitabat. aliàs nudabat.

15. 51. Bálteo suo) Cestū indicat, qui est cingulum Veneris.

15. 52. Cinnama) cinamomo, de qua uide Ru

el. lib. I. ca. 25. & de balsamo, eodē, cap. 35.

16. 2 Guttis Arabicis) statē uidetur intelligere, quam fundit myrrha, de qua Ru-
el. lib. I. cap. 98.

16. 16 Patagio) aurea chlamyde, quæ uestis pretiosis solet immitti.

16. 23 Morficantibus) quod oculi illiæ. ueneris, quodā quasi morfu uitalia populatur.

16. 32 Congermanescenti) compari, & quādam quasi germanitate consimili

16. 33 Inhalatu) anhelitu odoro.

16. 35 Adlubescēte) Placēte, aut placere incipiente.

16. 45 Xeniola) munera erant esculenta hospitibus mitti solita.

16. 51 Sitarchia) Annona & alimento.

17. 8 Lucernæ sibyllam) diuinatricem.

17. 10 Candelabri) Videtur indifferenter usurpare lucernam & candelabrum.

17. 28 Incredendam fabulam) Forte intelligit hanc transfigurationem suam in asinum & hos libros.

17. 29 Renidens) Ridens, aliās autem nide re est splendescere.

18. 3. Vtroque regimine) Velo & remis.

18. 32. Distractum) Quidam legunt distractum à sterno.

18. 31 Arbitrio) speculatu, contemplatūque. arbitrari enim spectare est, frequentata.

Apuleio dictio.

18. 41. Tuberante) Tumefcente.

18. 51. Inquies) Inquietus antiquis . aliquando est substantivum.

18. 52. saucius inguinum) intelligit tumōtia genitalia ex libidinis desiderio.

18. 56. sine finali) Tanq̄ nullus finis esset futurus. Totūsq; locus effertur metaphorice.

19. 16. Missionem) Hoc est quod dixit sine finali officio.

19. 19. Pendulæ) Quæ fit à fœmina superstante.

19. 37. Insecta) Lege infecta, quod est polluta.

19. 51. Citro) Mensas è citro & lectos antiquitus fieri solitos ostendit Ruellius lib. 1. capit. 68.

19. 55. succinum) De succino & succiniferis arboribus plenam considerationem uide apud eundem, eodem lib. cap. 39.

19. 56. Diribitores) Antiqui diribitorum appellatione intelligi uoluerunt ministros, distributorésque.

19. 58. Calamistrati) Crispa & cirrata coma.

20. 1. Indusiati) Aut ut alij inclusiati pro induti, indusium enim quasi intusiū dicitur.

20. 4. Cauillus) Iocularis calumniatio.

20. 18. Præsegmina) Excresecntia purga.

• *menta, quæ ex unguibus eminalis refecā-*
bant magi.

20.20. *Choragij funeris)* Apparatus fune-
bris. perpeti autem, id est ueloci.

20. 27. *Obstinatione)* Aspectu affirmato &
immobili.

20. 32. *Remetire)* Pro repete, & renarra
metaphorice.

20. 40. *Effultis in cubitum)* Morem sermo
cinaturorum exprimit.

20. 43. *Infesto)* Erecto & quasi minante.

20. 48. *Larissam)* Ciuitatem Theſſaliæ un-
de Achilles Lariffæus est dictus.

20. 45. *Mileto)* Ciuitas est Ioniæ caput.

21. 4. *Exertis)* Vigilantibus, apertis, & in-
conniuentibus.

21. 37. *Authoratus)* Authoramento obliga-
tus & subiectus, mercede conductus, & pre-
tio emptus. Quid sit authorare explicat Val.
lib. 4. cap. 32.

21. 42. *Expergite obeam)* vigilanter offici-
um peragis.

21. 43. *Modo corollarium)* Modo aliquid
quasi auctarium & munusculum, præter le-
gitimam constitutamque mercedulam.

21. 49. *Verba concepta)* Quæ prout conci-
piuntur enuncianturque ita perscribi solent.

21. 52. *Illibatæ labiæ)* Labra & labias in-
differentes antiqui.

21. 58. Ad lucem luci) Lucem scilicet matutinam, luci nempe in tenebricoſo loco uerſanti.

22. 1. Discus) Vas eſt eſcarium.

22. 3. Partes) Eduliorum, quas amoris teſtificandi cauſa ſolēt principes cōſultoribus dare.

22. 15. Concubia) Concubiū à Marco Varone nox intempeſta dicitur, hic tamen uidetur intelligere tēpus illud quod præcedit noctem intempeſtam cum Macrobio.

22. 27. Quis) Contra grammaticos quis de duobus.

22. 30. Cantus criſtatæ cohortis) Gallos gallinaceos intelligit.

22. 55. Adoni) Adonis Myrrhæ filius, Veneris delictum aprugno dente percuffus interfijt. Alij aliter narrant.

22. 55. Muſtelatis peplis) ſubliuidis, ac lentiginofis uestimentis. Eſt tamen proprie peplum uestis muliebris.

23. 6. Adanxius) quidam codices habent ad latus.

23. 24. Ergo igitur) Viſitata Latinis loquēdi ratio elegans.

23. 31. Palmeis baxeis) Calceamentis. Baxeæ tamen ſunt proprie calcei philoſophorū.

23. 37. Adepta Coptica) Aggerem hiru-dinum intelligit, quem in Aegypto iuxta oppidum Copton hirundines muniunt opere in ex-

- pugnabili, palea & stramēto rostro firmātes.
23. 38. Arcana Memphitica) Quæ cū nullo communicant sacerdotes Memphitici.
23. 38. Sistra Phariaca) Instrumentum nusicum stridulum, nempe cornu recuruum, quo in sacro Isidis Aegyptij utebantur.
24. 6. Adorat) pro alloquitur, ab oro.
24. 37. Lanienam) pro laniationem, cum alioqui locus sit proprie ubi caro uendatur.
24. 53. Posuit) Pro finiuit, ut dicitur causam ponere.
24. 55. Bibere solitarium) Ex more & solito bibere, noue dictum.
25. 15. Detunsis ob lapides) Contusis & impactis ad lapides, ob enim antiqui pro ad dixerunt.
25. 34. Inuicem Geryoneæ) in modum Herculis, qui deuicit tergeninū Geryonem, ita dictum à tribus insulis quibus præfuit.

In librum tertium annotata.

26. 12. Cossim) Quasi coxin., id est in coxas sedens.
26. 31. Turbæ miscellaneæ) indiscretæ, colluione uariarum gentium commixtæ.
26. 52. Caueæ cōseptū) Theatri cōsessum. cauea enī est in theatro, ubi populus spectat.
26. 58. Per proscenium) Locum ante sce-

nam, unde actores suas fabulas agebant.

27. 2. Orchestra) Orchestra locus est in theatro, ubi senatores sua habebant subsellia, unde apud Iuvenalem orchestra pro senatu.

27. 5. Vasculo quodam) Clepsydrias forenses intelligit, ad aquæ enim modum oratores dicebant: de clepsydriis autem uide Bud. in suis annotationibus.

27. 5. Inuicem coli) Cola uasa sunt, inquit Beroaldus, lintea, ita à colando dicta. Figuratur autem colum, ut sit à summo patulum & satis latum: in imo autem, fastigatur in acutam gracilitatem.

27. 7. Infusa aqua) Eleganter additum. est enim aquam alicui fundere, locum dare dicendi & causam suam agendi.

27. 7. Neque parua) Oratio est accusatoris plena tropis rhetoricis. Captat autem in exordio attentionem, dum pollicetur se de re ardua & cunctæ ciuitati profutura dicturum.

27. 14. Nec me putetis) Antithesis est, quam reijcit ex suo officio, interim suam sedulitatem in obeundo suo munere commendat.

27. 20. Nam cum fere) Narratio.

27. 20. Tertia uigilia) Nox diuidebatur in quatuor uigilias, ut credas singulas uigilias fuisse trium horarum.

27. 35. Habetis itaque) Attende exaggerationem cum repetitione decorata ὁμοιοπρωτῶ.

27. 48. Nec ipse ignoro) Responso est rei
ex depulsione causam suam defendentis. Est
autem status qualitatis.

28. 30. Certa manu) Ictu scilicet non ab-
errante.

29. 5. Assistendi) Patrocinandi, & fauendi.

29. 25. Subsiciua sollicitudo) Reliqua & so-
la. Subsiciuum enim est, quod quasi reliquū,
subductum, subtractumque est.

29. 39. Ignis & rota) Plura fuere antiquo-
rum tormentorum genera quæ ex Beroaldo
non pigebit huc adscribere. Fuere autem cru-
ces, equulei, cuius meminit infra Apuleius li.
10. rota, ignis, carcer, uncus, & adactus per
medium hominem stipes, & tunica alimentis
ignium illita & intexta, quam epitheto mole-
stam vocant poetæ.

29. 53. Ingratus) Inuitus, coactus, contra
animum uoluntatem.

29. 57. In peculio Proserpinæ) Eleganter pro
eo qui fuit morti proximus, & iam iam iturus
ad manes dixit.

30. 13. Fixus in lapide steti) Tanquam la-
pideus factus ob stuporem.

30. 40. Lætabit) Noue, tamen antique di-
ctum, pro eo quod est hilarabit lætificabitq;
ac lætam faciet.

30. 42. In ære stet imago tua) significat
decreuisse æream statuam dicendam Apuleio

tanquam patrono.

31. 6. Balnearibus) Omnibus ad usum balnearum pertinentibus.

31. 22. Vultuosam frontem) Tristem & indignabundam.

31. 41. Plumeam lacteāque) Mollem, teneram, & candidam.

31. 58. Vncino) Vncinus curvatura sua firmiter continet oclusas fores.

32. 57. Tectum scandulare) scandulæ sunt tabulæ angustæ & oblongæ, in laminas quasi crassiores scissæ ex magnis arboribus, à scindendo, quasi scandulæ ut quidam autumant. Alij scandulas à scandendo deducunt, quoniam in columinibus tectorum ad tegulas imbricēsque sustinendas collocantur, quò ascendentes scandere solemus. Inde tectum scandulare, pars domicilij superior, quod scandulis cōmunitū est, & quò scalis ascendimus.

33. 5. Durātibus damnis) Reliquias intelligit naufragorum.

33. 8. Clavi) Clavus genus est ulceris, qui in pedibus maxime ex contuso nascitur.

33. 25. In insani modū Aiakis) Qui ob prælatū sibi ab Achille in iudicio Ulysses in insaniam adactus pecua cædebat, & offendens κριὸν τινὰ ἑξοχορ, ὃν ᾤετο εἶναι ὃ δ' ὠρίεα, Διὸς ἐμασίγῳσι. Vide in Sophoclis tragedia, Αἰάντι μασιγῳφῶσι satis superque.

33. 33. Adoriam) Laudem siue gloriam,
proprie bellicam, quod uictores à uictis ado-
rentur. Alij ab adoreo, quod est farris genere
deducunt ut Festus inquit.

34. 7. Puerile corollarium) Indicat posticū
concubitum.

34. 35. Decantatus) Nullo incantamento
deuotus.

34. 50. Vulpinarius) Vulpinari, fraudibus &
mēdacys uera puertere, ac fraudulēter agere.

35. 3. Nullam aliam meæ Fotidi) Pro eo quā
est, nullam magis uelle quā Fotidem.

35. 21. Anethi) Vide Ruel. lib. 3. cap. 43.
quid sit anethum.

35. 42. Natura) Genitalia intelligit.

36. 11. Demussata) Dissimulata & cum si-
lentio indignationēque transmissa.

36. 34. Meditullio) Medio. est autem tullii
paragogica syllaba.

36. 34. Hippona) Equorū & stabuli dea.

36. 45. Cantherium) Cantherius, equus p-
prie cui testes sunt abscissi.

37. 11. Ad extremas incitas) Ad extremā
necessitatem egestatēq; Verbum antiquum.

37. 37. Rosæ uirgines) Illibatæ, intactæ, in-
corruptæ.

In librum quartum, annotationes.

38. 45. Equum currulem) Pernicem, & cur-
su uolaticum.

2. i.

38. 55. Calyculos) Calyx, folliculus est, quo
flos primum, mox seminis foetus clauditur.

39. 26. Ex re nata) Prout res contigerat.

39. 52. Causariā missionē) Qua nules mi-
nus idoneus uitio aī. uel corporis renūciatur.

40. 6. Posthumæ spei) scite pro serotinæ ni-
mis & tardæ, & quasi post mortem iumentī
irritæ & cassæ.

40. 56. Orci fastidiū) Tanq̃ sit ānosa nimis.

41. 21. Inter choros) Beroaldus inter fo-
ros legit, exponens inter sedilia.

41. 27. Semiferis Lapithis Thebanis, Cen-
taurisq; quid factum sit inter Lapithas Cē-
taurōsq; notum est ex Poetis, quibus in conui-
uio conuitia & rixæ, mox pugna atrox ac cæ-
des. Beroaldus putat pro Thebanis posse legi
Telamonibus, ut sit (inquit) triplex compa-
ratio Lapitharum.

41. 54. Thebas Heptapylos) Thebæ Bæotiæ si-
gnificātur. Fuerūt & Thebæ Lucanæ ī Italia,
& Thebæ aliæ ī Cilicia patria Andromaches.

42. 5. Aureos folles) Follis inter cætera etiā
crumenam & marsupium significat. hinc fol-
litus pro bene nummatus.

43. 50. Bestiarium saginas) Damnatos ad
bestias indicat.

43. 51. Cōfixilis machine sublicæ) Erat in-
quit machina sublicis siue lōgurijs cōpacta cō-
fixaq; sublicæ perticæ sunt & pali lignei.

44. 30. Examuratur) Repurgatur sanie, ac
madore sanio s̄. Est tamen amurca proprie; sa-
nies olei.

45. 17. Noualibus suis) Iussit deportari i no-
ualia. Est aut nouale qđ alternis ānis feritur.

45. 42. Capulos carie) Capulum sepulchrū
dixere ueteres, quod corpora capiat.

45. 49. Expilationis uadimoniū) Quēadmo-
dū præsentes in iudicio sisti solemus, sic cohor-
tē latrocinale exhibītā ad domū expilādā ait.

47. 38. saliares cœnas) Lautas & opulētas,
à salijs sacerdotibus ita dictæ, quia p̄ dies fe-
stos salij luxuriosas cœnas facere dicebātur.

47. 42. Fauces araneātes) significanter ex-
pressit famelicum & esurientem, ut uidelicet
quēdā araneæ tela intra esuriētis & oscitan-
tis os patulum extendi uideatur.

47. 52. Qualū) Canistrū & panariū intelligit;
uas scilicet quo panis seruatur. Rumigare aut
dixit, qđ rumiare & uulgo mastigare dicitur.

48. 3. Filo liberali) Venustate & liniamētis
faciei decorā, Lucian⁹ dixit ὡραία, σφόδρα
καλῆ.

48. 3. Matronatus) Dignitas matronalis.

48. 10. Cōpendio) Lucrum intelligit.

48. 17. Quidni) Conuicium est usitatissimū
Apuleio, pro certe, aut quare non.

48. 58. subsiste) Inusitate, pro succurre &
opem fer, dixit.

49. 6. *Consobrinus*) *Consobrini* quasi *consobrini*, ex duabus sororibus æditi.

49. 29. *Instar Athracidis uel Pirithoi*) *Instar Hippodamiæ filię Athracis uel Pirithoi*. *Pirithous enim cum duceret uxorem Hippodamen, Centaurósq; ad nuptias inuissset, illi uinolentia libidinēq; simul extimulati, nuptias disturbarunt. Ex quibus Eurythus Hippodamen rapuit, alij alias. Hinc inter mensas nuptiales atrox pugna, qua Centauri sunt partim cæsi, partim in fugam uersi.*

49. 47. *Mea Herilis*) *Beroaldus legit me hercules, iniquiens, Adnotanda est impropria nec foeminae congruens adiuratio.*

50. 12. *Admouentes oribus suis dextrā*) *Totus locus gestū & morē adorantiū exprimit.*

50. 28. *Paphum nemo*) *Loca memorat Veneri sacra. Est autem Paphos oppidum Cypri, cuius numen & regina est Venus. Gnidos itē insula Veneri dicata, ut etiam Cythera, unde Venus Cytheræa.*

50. 31. *Puluinaria proferuntur*) *Lectuli simulacris Veneris dicati habentur neglectui, palámque & contemptim depromuntur. Aliquando capiuntur pro tēplis, ut infra in principio sexti libri.*

50. 39. *Floribus fertis*) *In coronamentis contextis.*

50. 46. *Partiario honore*) *Qua ex parte di,*

midia cum Psyche communicatur.

50. 51. Pastor ille) *Emphasis est in pronomine, intelligitq; Paridē, cuius nota est fabula.*

51. 22. Reflui litoris) *Mare intelligit unde ὀρεῶν δ' ὕδατων cognomētum meruit, tanquā è mari emergens.*

51. 28. Portumnus) *Deus est marinus qui à portubus, quibus præest, ita dictus est.*

51. 30. Salacia) *Neptuni uxor, antiquitas dicta inferior aqua maris: salacia, quòd in salum redeat.*

51. 31. Tritonum) *Eorum effigies à Vergil. describitur.*

51. 53. Dei Milesij) *Miletos, Ioniæ Asiaticæ caput, ubi fuit oraculum Apollini Didymæo. Miletos autem dicta est à Mileto Apollinis filio, qui dedit & nomen Milesiæ.*

51. 56. Græcus & Ionicus) *Athenienses ex responso Apollinis Delphici communi consilio totius Græciæ colonias duodecim uno tempore in Asiam deduxerunt, summam imperij potestatem dantes Iono, quem Apollo Delphicus suū filiū in responsis est professus. Is colonias eas in Asia deduxit, unde Ionia regio dicta.*

52. 17. Tibiæ Xygæ) *Coniugalis, qua in solennitate nuptiarum uti solemus.*

52. 17. Lydij modum) *Musica Lydia luctui & querimonie accommodata, ut Dorica bello & virilitati, ut Phrygia mollietati & religioni.*

Σ. iij.

52. 20. suo flammeo) Velamento nuptiali.
 52. 23. Edicitur iusticiū) Luctus publicus.
 52. 56. Præluxerant) Ante tempus scilicet,
 cum inflammaſſent ante nuptias, uel etiā an-
 te Psyche gestauerant,
 54. 34. semirotūdo) Hemicyclo, cænatione
 effigie circuli dimidiati, qua forma cænaculū
 uel mensa, dicitur etiam sigma.
 56. 9. Eorum eiulatibus) Videtur contra si-
 dem omnium exemplarium earum scilicet so-
 rorum Psyche, legendum.
 56. 55. Fœtu satiante) Existimāt enim eru-
 diti deteriores esse fœtus nouissimos.
 57. 13. Cucurbita caluiorem) Quidā legūt
 glabriorem, & quouis puero pumiliorem.
 57. 43. Differamus) Inuulgem? publicemūsq;
 58. 4. Velitatur) Obiectat & iaculatur.
 58. 6. Perfidæ lupulæ) Nomē est pbrosum.
 58. 25. Punctulo) rē obscenā tēte indicat.
 58. 57. Erogatus) Rogando exoratus.
 59. 9. Iugū sororium) Duæ sorores animis
 corporibūsq; societate indicantur.
 59. 22. Perula) Vtero, cōceptaculūq; fœtus.
 60. 22. Ingluue) Ventris aut gutturis, ut
 alij uolunt capacitate.
 60. 47. Lurida) Pallida, & lurore deforma-
 ta: Tertiata autem uerba uocat imperfecta, la-
 psantia, & ex pauore nutabunda.
 62. 51. Euectiois appēdix) Psyche quæ in-

- hæres pedib⁹ euehebatur & pēdula uisebatur.
62. 53. Consequia) sequela à consequor.
63. 24. Cannam deam) οὐρίγχα, nymphā amatam à Pane, in arundinem demutatam cū amatorem insequentem fugeret.
63. 51. Inducta) in aedes sororis introducta.
64. 13. Arra) Arrabone & pignore.
64. 26. Per saxa cautiū) Per aspreta saxorū.
64. 39. Gauiā) Gauriæ aues sunt aquaticæ, quæ bella gerunt dissidiāque cum anatibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 32.
65. 2. Inuestē) Imberbē, antiqui enim uestē barbā dixerunt, unde uesticipes, barbati.
65. 8. Efflicte) Quod ante sæpius efflicti dixit, uehementer & perdit.
36. 10. Succubam) Vicariam, æmulam, succedēsq̃ue in meam uicem, & locum.
65. 34. De Patris tui) Martis scilicet.
65. 35. Inductus) Institutus & educatus.
65. 40. Vitricum) Martem Veneris maritum intelligit.
65. 47. Stellionem) Probroso nomine & maledico filium stellionem appellat. est enim stellio bestiola minor lacerta, ore maculoso.
66. 15. Palpare) Mitigare & mulcere. palpare p̃prie manu mulcere, interdū p̃ adulari.
66. 25. Cordata) Dictio non reiicienda pro circumspecta, prudens & sagax.
66. 36. Præuersis) Vel Iunone & Cerere
- ζ.iiij.

iam conuersis in aliud iter, atq; abeuntibus
uel posthabitis & relictis deabus.

In librum sextum scholia.

67. 21. Discretim) separatim, seiunctim, di
uisim, à discernendo.

67. 38. secreta cistarum) secludebantur
enim sacra, quæ dicebant *μυστήρια*, & occul
tabant à prophanis, unde aliubi dicta est ci
sta secretorum capax, ab Apuleio.

67. 39. Draconum) Quibus pinnatis uola
ticisque curru uehitur Ceres, quem mox Tri
ptolemo dedit, iubēs semina dispergere.

67. 40. Glebæ siculae sulamina) Quod pri
ma fruges alimētāq; mitia dederit. Insula au
tem Sicilia tota Cereri & Proserpinæ sacra.

67. 40. Carrū rapacem) Quo raptam tra
dūt Proserpinā filiā Cereris à Dite ex Eumē
siū nemore, qui locus est in Media insula um
bilicus siciliæ dictus.

67. 41. Terram tenacem) à qua retenta sit
Proserpina.

67. 43. Remeacula) Tāgit fabulā, quæ tra
dit Cererē post longā filiae disquisitionē ad su
peros remeasse, ut Proserpina esset superis in
ferisque cōmunis, uidelicet cū matre sex, & al
teros sex mēses cum marito Plutone. Remea
cula autem uocat reditum reuersionēq; ad
superos, ut demeacula ad inferos.

67. 42. Luminosarū) Quia Ceres cū iuestiga

re uellet raptam Proserpinam, dicitur inflam-
masse tedas ex Aetnae ignibus, illasq; sibi præ-
ferens orbem terrarum peragrasse. Mytholo-
gici aliter narrant.

67. 44. Eleusis) ciuitas est Atticae mysterijs
Cereris incluta.

68. 1. Cognatae) Veneris, quæ cognatione
Cereri iuncta est, utpote filia Iouis, quem fra-
trem Cereris fuisse tradunt.

68. 18. Manus aram) ritum sacrificantium
expressit.

68. 19. siue tu sami) Explicat loca quibus
Iuno religiose colebatur.

68. 29. Zygiam) quasi iugalem, quod præest
maritali coniugio.

68. 27. Lucina) quâ parturientes inuocât.

68. 28. Iuno sospita) sospitatrix, salutaris,
opifera. Alludit autem ad cognomen Iu-
nonis sospitæ, quo in Lanuino municipio
colebatur.

68. 36. Nurus mæ) Veneris uxoris Vulca-
ni Iunonis filij : uel Martis eadem Iunone
progeniti.

68. 50. Cassæ speculae) irritæ & uanae
spei. specula à spe diminutio uocabulo de-
ruiatur.

69. 3. Lunæ detrimento) significat currû
Veneris arcuatû fuisse, & ad effigiem lunæ
corniculatæ.

69. 6. *Columbæ candidæ*) Autumant erudi
ti columbas cum passeribus Veneri confecta-
tas, propter fœtum & coitum frequentem.

69. 7. *Picta colla torquentes*) Torquatam
columbam intelligit, à torque uidelicet quo
circa collum insignitæ sunt.

69. 13. *Cælum filiaë pãditur*) Narrant fœ-
minam ex pudendis cæli abscissis in mareq;
proiectis procreatam, quæ à spuma unde co-
aluit Græcis ἀφροδίτης nomē aucupata est.

69. 18. *Vocalis operæ necessariam usurā*)
Petit Venus à Mercurio ut sibi paulisper usū
præconis (cuius opera uocalis est) accommo-
det, fungaturque præconio in Psyche dis-
quirenda.

69. 22. *Frater Arcadi*) quoniã ex Ioue &
Maia in Cyllene monte Arcadiaë natus est.

69. 23. *Sine Mercurij præsentia*) Locus ex
syderum & astromu cognitione petendus.
nanque Mercurij sydus proximum stellæ Ve-
neris inferiore circulo fertur.

69. 25. *Ancillam*) Psychen intelligit.

69. 41. *Retro metas Murtias*) hoc est ad
sedem domiciliūque Veneris, quæ Murtea
quasi Myrtea cognominabatur. Est autem
myrtus arbor Veneri sacra, & ut inquit Pli-
nius lib. 15. cap. 29. Et ara uetus fuit Veneri
Myrteæ, quam nunc Murtiam uocant. Erat
autem Romæ sub monte Auentino. De myr-

to uide etiam Ruel.lib.1.cap.100.

69. 43. Septem fauia suauia) declarat præmi-
um indicij. Est autem septenarius nume-
rus, qui plenissimus potentissimúsque est.

69. 57. Inter orci canculos) Cancrī ab anti-
quis dicebantur claustra & septa, quæ for-
mula diminutiua dicuntur cancelli. Sensus
autem est, tanquam nullum amplius Psychæ
super sit præsidium.

70. 24. Impares enim) Conatur Venus ar-
gumentando demonstrare Cupidinis cū Psy-
che non esse legitimas nuptias.

70. 29. Diloricat) discindit, dilacerat, dis-
cerpit.

70. 31. Frumento, hordeo) hæc & quæ se-
quuntur particulatim explicat libro 2. & 3.
Ruellius.

70. 38. Passiuam) Indiscretam & confusa-
neam, uocabulo à passim deducto.

70. 44. Moli) quod ante dixit glomulo, &
cumulo.

70. 54. sepedum populorū) populosus nu-
merus formicarum. sepedes autem dicun-
tur à numero pedum, qui illis seni sūt, ut in-
sectis fere omnibus.

71. 6. Cibarij) plebei & uilioris qui secum.
darius etiam dicitur.

71. 24. Musicæ nutricula) quæ ante Canna
dea dicta est, à Pane adamata ut opinor.

71. 44. Furatrina) furto & rapina.
72. 30. Pocillatorē Phrygiū) Ganymedem.
72. 33. Dialeis uias) Iouiales & cælestes.
72. 44. Trisulca uibramina) dictum propter linguam, quæ est serpentibus trisulca.
72. 57. Mea pupula) Ironia est, abblādiē-
tium est enim.
73. 34. Continuaaeris) eundo cōfeceris &
consequuta fueris.
73. 51. Quidam senex) Quis hic sit non sa-
tis constat.
73. 54. Textrices) Parcas cōmode itelligas.
74. 4. Canis) Cerberus scilicet triceps.
75. 14. Ad armile) significare uidetur re-
positorium fraudis & doli, accipiturque pro
instrumento & apparatu uersutiarū uasfri-
tiarūmq;. Vocabulum est infrequens.
75. 25. Legem Iuliam) quæ adulteria coer-
cet & adulteros punit.
75. 27. In serpenteis) Serpens Iupiter fa-
ctus est ob Deolidos puellæ amorē, sicut Mne-
mosynes causa, pastor.
75. 43. Aluminatus sum) nutriui, educaui,
uerbum infrequens.
76. 18. Paniscus) per diminutionem à Pan-
deductum.
76. 19. Conuenit in manum) eleganter ex
legalis doctrinæ uerbis.
76. 32. Prandiōque raptim tuburcinato) ra-

ptim sumpto & comeso.

76. 51. Vulturij) indifferenter antiquis
uultur, uulturis, & uulturius declinatum.

77. 57. Opem ferre) succurrite atque opi-
tulamini.

78. 43. Viæ herciscundæ) Verba scitè &
condecenter usurpat iurisconsultorum. Per
familie herciscundæ actionem ut inquit Vl-
piamus diuiditur hæreditas. Quæ quidē actio
profiscitur ex lege duodecim tabularum.
Nanq; hæredibus uolentibus à communione
discedere necēssarium uidebatur aliquam a-
ctionem constitui, qua inter eos res hæredita-
riæ distribuerentur. sicut ergo inter litigato-
res de proprietate soli agitur, sicut quæstio-
nes finales existunt inter cohæredes de fami-
lia herciscunda, hoc est hæreditate diuidenda
(familia enim ibi accipitur pro pecunia &
rebus hæreditarijs) ita Apuleius festiua trās-
latione inquit se contendisse cum puella de
uiæ herciscunda, cum illa dextrorsum tende-
ret, hic uero læuorsum. Totus locus est ex uer-
bis iuris desumptus.

79. 4. Pinnatam Pegasi celeritatem) Pega-
sum Neptuni & Medusæ Gorgonis filiū esse
dixerunt, qui in Helicone saxum ungula fe-
riens, produxit fontem, qui ex eius nomine
Hippocrene dictus est. Bellerophontes ex hoc
equo decedens erus infregisse dicitur: equus

autem subuolasse, qui inter sydera constitutus à Ioue existimatur.

79. 6. Domns loricam) Obsessores urbium, ultra iactū teli fossam faciūt, eāq; uallo, sudibus, turriculis instruūt, ut erūpētibus è ciuitate possint obistere, quod opus loriculā uocāt.

79. 34. sequestro) sequester medius inter duos altercātes, & ut uulgo dicitur, mediator q̄ eius qui electus sit, ut inquit Gel. li. 20. ca. 10. utraque pars fidem sequatur. Nunc asinus eleganter dicitur sequester fugæ uirginis, tanquam uirgo fugiens illum sequuta sit, eiūsque fidei fugam suam commiserit. Lucianus expressit πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἰσχυρὸν.

79. 40. Infititium & fartilem) in quo puella inserta sit & inclusa. Fartilis autem, qui instar farcininis impletur, ac farcitur.

Libri septimi scholia.

80. 44. Lucius) Apuleius significatur.

81. 51. Falsam notoriam) delationem notificationemque notificauerat, & me notatione fœdissima infamauerat.

82. 30. Crustata crassitie) crusta enim interdum & crassitudo callosa impenetrabilisq; obducitur corporibus, quæ pluuiæ, æstu, aut frigore durata sunt.

82. 35. Ipsaq; morte meliorem) mortem antiquitus bonum appellabāt, quoniam ærumnarum finis est & requies malorum.

82. 43. Manipulos) contubernia factionis gladiatoriae.

82. 48. Ducenaria) Quarta decuria ab Augusto Cæsare addita quæ ducenariorum uocaretur, iudicarentq; de leuibus causis, ita à ducentorum sestertiorum censu dicti, cum legitimorum indicum essent quadringenta sestertia. Hunc autem Apuleius dicit de ducenariorum numero fuisse, uel Cæsaris publicanum exactoremque.

82. 55. Plotina) Quo nomine fuit Traiani Cæsaris uxor.

83. 10. Zacynthū) Insula est Zacynthus àte Aetoliā, ppe Cephallenia, Ithacā, atq; dulichiū

83. 12. Litus Actiacū) Actiū Epiri pmo-riū, & oppidū cum templo Apollinis nobili.

83. 31. Militarium uexillationū) Vexillationes dicuntur aequitum, à uelo, quia scilicet uelis uterentur.

83. 33. Medijs orci faucibus) ille ita dicitur euadere, q; præter spem euadit, subduciturq; ab impendente morte.

83. 35. Abūdante) Alias undāte. sunt autē uestes undarum modo fluctuantes.

83. 36. Mitellaq;) ὕπωναυσι καὶ σιμῶσιν à mitra deductum, quod est muliebre tegumentum, ut pileum uirorum inquit seruius.

83. 38. In sequiorem) id est muliebrem, qui sequior & deterior, aliūsq; à uirili est.

83. 50. Istam sportulam) Qui coeunt collegium, & in sodalitij societate cooptantur, solent conferre pecuniā ex cōstituto. Et si quis in duobus collegijs fuerit, eligere eum oportet ex præscripto principali, in utro magis esse uelit, accepturū ex eo collegio à quo recedit nunc id quod ei competit, ex ratione quæ cōmunis fuerit. Id nūc nomine sportulæ & dotis significatur. nam sicut uxor tradita dote recipitur à marito in cōubernium cōmune, fitq; particeps rei maritalis: ita latro pecuniā quasi dotem confert in collegium latronum, tanquam uadem & prædam. sportula autem nomen est erogationis.

83. 58. Diuite) ex quo effuderat duo millia aureorum.

84. 47. Marti Comiti) honorifica appellatione usurpatur ἀκὺρωσ, cum aliqui capiuntur pro inferiori. Itaq; Comes ut infra sequitur Mars dicitur, qui comitatur, sequitur, fouet in bellum euntes.

84. 57. Comminantes) simul agentes. Mina re enim agere gregē est, & ante se propellere.

85. 8. satulē) abundanter & copiose, à satīs deducta dictione.

85. 25. De alieno corio) quasi dicat, ludis alieno nō tuo periculo, metaphōrice.

86. 27. Camelo Bactriano) de duobus generibus camelorum Bactrianorum & Arabi.

corum uide Pli. lib. 8. cap. 18.

86. 29. Hordeo lecto) electo, sincero: uel se-
paratim, lecto pro cubili molliori.

86. 45. Gregarius ille) magister gregis, quē
ante armētarium equisionem uocauit, Græcis
ἱπποφορβὸς καὶ νομὲυς dictus.

68. 49. subiugum dedit) ὑποζύγιον, sub
iugum me misit. ita Beroaldus.

87. 6. Congregem) gregi copulatum com-
mixtūque.

87. 21. Pulposis torulis) Tori & diminuti-
ue toruli, caro est musculosa. Pulposa uero, suc-
culenta, cui inest robur & firmitudo.

87. 23. Remulsis auribus) subrectis, & qua-
si retro ac sursum reclinatis. Quidam legunt
remissis

87. 25. Rege Thracio) Diomede Thrace, qui
equos suos humanis pascebat carnibus.

87. 4. Dedolabar) fustibus & ictibus læui-
gabar & perpolibam.

88. 5. superpondium) auctarium quod sar-
cinæ legitimæ imponitur.

88. 6. Supercilio) margine & summitate.

89. 15. Auersam Venerem) Cōcubitū eius-
modo indicat.

89. 24. In corona omnium) Quidam codi-
ces eleganter habent in coram omnium. An-
tique enim dictū p corā omnibus, & frequēs
Apuleio dictio, ut ex sequētibz liquebit.

& i.

89. 41. Affirmatum) lege offernatū, hoc est
induratū, concinnatum in spergine cinerulēta.

90. 6. Ferramētis) quæ castratoria dicūtur.

90. 8. Diffitis) diductis atq; disclusis.

90. 11. Ex tunc) quidam legunt extreme.

90. 26. In extremos poplites recello) id est
retraho & cessim reduco, reclino, retroduco.

Hinc recellicluniæ meretrices ad Plautum in
Pœnulo.

90. 26. Virilitatis) genitalium laniatum.

90. 41. Peruicax) pertinax, p̄tinaciter per-
seuerans & perenniter.

90. 57. Ob indicinæ præmiū) noue pro in-
dicij, Græci autem uocant τὸ πᾶν τῶν.

91. 19. Bellerophontem) Bellerophontes ut
memorant Pegasus equum alatum & uola-
ticum ex Pyrene fonte Corinthiensi potātem
deprehendit abduxitq;. Cuius præsidio libe-
ratus à Chimææ monstro multiformi. Quā
cum interemisset, & inde uictor profugeret,
cum ad cælum equi pinnati beneficio cōten-
deret euolare, neq; iam longè abesset, despi-
ciens ad terram timore perterritus decidit,
atque ita mortē oppetijt. Alij aliter narrant.

91. 31. Naturam) uirilitatem & genitalia.

91. 56. Precariam uocis usurā) Sensus est,
si tibi usus uocis temporarius concederetur,
ut loqui posses, nulli tamen persuaderes te
huic culpæ non esse confinem.

92. 7. Conferuo, magistro) κλίμαξ est siue gradatio adaugens rei atrocitatem.

92. 30. Althææ) Nota est fabula de Althæa matre Meleagri, quæ cum uidisset geminos fratres Toxeæ & Plexippum interfectos à filio, referri, uolens ulcisci fraternos obitus furore extimulata coniecit in medios ignes titionem quo uita Meleagri cōtinebatur. Vide plura in Metomorph. Ouid.

In librum octauum scholia.

93. 1. Bubsequæ) bubulci, à sequendis bubus dicti.

94. 1. Feras) scilicet mitiores.

95. 11. Bestiæ dabat) Quod ipse parricidiū manu sua fecerat, id apro assignabat, & à bestia factum simulabili tristitia emētiebatur.

95. 52. Lurore & illuue) pallore buxeo & sordibus.

96. 42. Interula) tunica interiore, uulgo camicia dicta.

96. 6. De ipso nomine) hoc enim indicat dictio Thrasillus, deriuata nimirū ἀπὸ τῆς θράσους.

97. 9. sauciantis) aures scilicet Charites.

97. 32. Pronus spei) pro in spem, antique.

97. 58. Inter Orcum & solem) quoniam luminibus orbatus errat incertus, & dubius utrum uiuentibus an defunctis sit annumerandus.

Ε.Ψ.

98. 16. *Acu crinali*)quam ad cultum capitis adhibebant.

100. 10. *Satis agentes*)quod alij dicunt *sagittantes*,*anxij* & *curiosi*,curiose discursantes in rebus suis obeundis.

100. 14. *Iubilationibus suis*)Iubilare rusticorum est ut *quiritare urbanorum*.Hinc iubilationses & iubila,inclamatioes & uoces rusticorum.Paulo post tamen ἀκὺρωσ ponit *quiritare* pro iubilare.

100. 15. *Nobis inhortantur*)in nos hortantur & concitant.

100. 24. *Inscindere*) dilacerare. aliàs *inscendere*.

100. 40. *Protelamus*)propulsamus & longe propellimus.

101. 5. *Spongijs macidatis*) liquoris infusione madens,uocabulum minime tritum.

101. 11. *Lacte*)accusatius *atiquus* p lac.

103. 11. *Ruderarium cribrum*)signatur asinus nulli rei prorsus utilis ,nisi ut ex eius corio fiat cribrum.

103. 24. *Crotalis*)Crotala instrumēta sunt strepera & sonora.

103. 25. *Deamq; syriā*)Cuius statua multiformis,quæ qdē esset *Iuno*,haberet tamē aliqd *Palladis*,*Veneris*,*Lunæ*,*Rheæ*,*Dianæ*,*Nemesios*, & *Paræum*,quæ altera manu tenebat *sceptrū*,altera *fusum*:in capite *radios* fe.

rebat, & ignem & ceston. Communia omni-
no & ferè eadem numina esse prodūtur dea
syria & Cybele, & ut, inquit Augustinus, nō
sunt tam multæ deæ, q̃ multa unius nomina.

103. 46. Lurconē) edacē, uoratorē, mādūco.
nem. Lurcare ; cum auiditate cibum sumere.

103. 51. sanctus sabadius) Eundē haberi
solē atq; Liberū accepimus, inquit Beroaldus,
quem sabadium nuncupātes magnifica reli-
gione in Thracia celebrant.

103. 51. Mater Idæa) Cybele, ab Ida mōte
Phrygiæ, & Cretæ sortita nomen.

104. 5. Depensō) depensum accipe p̃ soluto.
Verbum ex ritu priscorum, apud quos asses
librales appendebantur.

104. 19. Non ceruā pro uirgine) Alludit ad
fabulā Iphigeniæ. Græci in expeditionē Tro-
ianā pficiſcētes, cū in Aulidē uenissent, Aga-
mēnon ceruum Dianæ ignarus occidit. unde
irata dea flatus uētorum remouit, & in un-
dis uiolentior cōmota tempestas, cū nauigare
nō possent, & pestilentiam sustinerent, ora-
cula consultata dixerunt Agamēnonio sangui-
ne Dianā esse placandā. Ergo cum ab Ulyſſe
per nuptiarum simulationē abducta Iphige-
nia in eo esset ut immolaretur, & ante aram
consisteret, nummimis miseratione sublata est,
cerua supposita. Ipsa uero translata ad Tau-
ricam regionem regi Toanti tradita, sacerdos
& .iiij.

Dianæ facta est.

104. 20. *succedaneum*) suppositum, subditum, uicarium.

104. 23. *Caue ne solus*) intellectus totus ob-scœnus est & Venerens.

104. 29. *stipe demensa*) pecunia numerata & soluta.

104. 42. *Crocotis*) *Crocotæ tunicæ* infectæ croceo colore, qualia uestimenta delicata sunt & effœminata.

104. 42. *Carbasinis*) *Carbasum* genus lini mira tenuitate.

104. 49. *Euātes*) bacchantes, iuoi clamātes, furore diuino afflati.

105. 16. *Tessellatū*) quasi p tessellas distinctū & numerosis p intervalla talis cōtextū.

105. 27. *Pausam carnificinā*) quietē & æsfationē lacerationis & uerberationis.

105. 17. *Commulcat*) quasi feriendo demulcet, per quod syriacū sacerdotem suspēsa manu & leui se uerberasse dicit.

105. 49. *spurcissima propudia*) syriacæ sacerdotes dicit, qui ob prostitutā pudiciā, merito ita nominantur. nam propudium cum maledicto dici putant eum, à quo pudor & pudicitia procul sunt. spurcum quoq; dicitur obscœnum, impurum, lutulentum.

105. 50. *illicitæ libidinis*) posticæ & pposterae

105. 53. *Vredimbus*) Vredines, ardores,

præritus, incentiua libidinum.

106. 9. Vicinos partiētes) cum uicinis cō-
municantes, impartientēsq;

106. 34. Exērcitus) exercitatus. bene lega-
tur excitus, excitatus cōmonitūsq;

107. 7. Protrimētis) Protrimēta, edulia mi-
nutim trita concisāq; à proterendo dicta.

In librum nonum annotationes.

108. 15. Per posticam) per partem adium
posteriorem, ostiūmq; posticum.

109. 12. Inuergens) immergens à uergo.

109. 2. Circūforaneū mendicabulū) Quoniā
dea Syria circumfora & conciliabula circū-
lata, pecunias & res alias emendicabant.

109. 47. Insinuatis) inflexis, compressis &
complicatis.

109. 56. Forensi negotio officinator) Cum
magister officinæ nostræ hodierno die occu-
patus esset negotio forensi, ideo nos quoque
fuimus feriati.

110. 7. Exobrutū) erutū, deprōptū, extractū.

110. 13. Abditamento) detractiōe ac de-
ductiōe pretij.

110. 26. Aes de malo) Qui pecuniā de ma-
lesicio partam habet is prodigus æris esse so-
let, & in rebus emendis incuriosus.

110. 35. Dedolabat) subagitabat, expolibat
in obsceno sensu.

111. 11. Lacunosis incilibus) iciles fossæ di
& .iii.

cuntur, quæ in uijs fiunt ad aquam deducē-
dam. Lacunosum autem dicit profundū, de-
pressum & concuuum.

III. 13. Subluuie) sordibus, immunditia.

III. 42. Affanias) nugas, uerba futilia, ac
mera mēdacia, inclinata dictio à fando.

III. 44. Tullianū) Generaliter carcerē in-
telligit, nō partē subterrneā carceris Romani.

II2. 30. Helcio (sparteo) quod tēniam &
copulam sparteā ante dixit, ab ἑλκω, quod
traho est.

II2. 40. Tegili) subligaculo tegumentōq;
uerendorum, à tegendo.

II2. 43. Frontes literati) habētes in fron-
te notas literarum cauterio inustas, qua pœ-
na affici solet seruus ob noxam.

II2. 53. Follicantes) instar follium recipro-
co spiritu nares agitantes.

II3. 28. Scæua) ominosa & sinisteritatis
plena. Viriosa, appetens uiri, libidiosa.

II4. 12. Caperatū) rugosum, horridum,
seueritudinem superbiāmque præferens.

II4. 24. Decurionem) In municipijs & co-
lonijs decuriones dicuntur qui Romæ sena-
tores.

II5. 28. Mentis salo) animi perturbatione.

II6. 1. Suspectus) suspectans, actiue.

II6. 20. Cordolio) à dolore cordis cordo-
lium dictum est.

116. 41. Deuotasti) Detotare, pro eo quod
uulgo dicitur blasphemare, maledicere, exe-
crari.

117. 19. Antecurforiam potionem) Prima
potio quæ cœnâ antecedit. & Gustû pro ien-
taculo uidetur accipere.

117. 24. Crurum fragium) Aemulatio est
Plautina. Deprecari autem pro imprecari
posuit.

118. 10. salutem est imprecatus) In bonâ
partem dicit.

118. 44. Temperius) Maturius & citius.

118. 48. Quippini) Pro quippe, nempe.

119. 3. Prominabat) Vt ante dixit commi-
nantes à minare, quod est agere.

119. 22. Partiario tractabo) Vt dimidius
sit uxoris ex membris anterioribus, dimidi-
us sit ipsius ex membris posterioribus.

119. 34. Alterorsus) In alterum cubiculū
seclusa.

119. 49. Nuncium remisit) Libellum re-
pudiij significat.

119. 53. Ad armillum) Quod supra armi-
le uocauit, fraudis malitiæq; muliebris reposti-
torium indicans.

120. 9. Secius) Aliter uel tardius.

120. 27. Anteuentulæ) Ante frontem pro-
pendulæ, antiæ & capronæ etiam dictæ.

121. 35. Lactucæ) De lactuca eiusque ge-

neribus uarijs uide Ruellium libro secundo
capi. 69.

121. 37. Instar scoparum) Dicit se esitasse
lactucas, quarum semen senecta erat deco-
loratum, quæ cariosa succi amaritudine &
aspredine scopas repræsentabant.

121. 50. Stadium) Quod continet 125
passus nostros.

122. 16. Reliquias prandij) Mensa uacua
tollī nō sinebatur antiquitus, sed cum adhuc
aliquæ reliquæ superessent.

122. 16. Imitus) Aduerbiū est ab imo
deductum.

122. 50. Tota frugalitate) Frugalitatē pro
frugibus & frugum messe posuit.

123. 9. Mediatorum) Mediatores pro con-
ciliatoribus, intercessoribusque posuit.

123. 23. suspendium) Verbum hominis
truculenti & insolentis, qui legibus homini-
busque per contemptum mandat, ut se suspē-
dant. quo uerbo denotat se legas flocci facere.

125. 3. Vite quam tenebat) Ex ritu & di-
sciplina Romana, apud quos militare quasi
insigne & gestamen erat uitis, quam centu-
riones prope peculiariter gestabant, eāq; pec-
cantes milites castigabant.

125. 7. Vbi ducis) Aut nouè dixit, aut tan-
quam imperitum linguæ, grammaticæque la-
tinae introducit.

125. 20. Manipulos) Fasciculos, quales ferè Parisijs conspiciuntur ab asinis circūferri.

125. 28. Genua contingere) Quod faciebāt supplices, altera manu genua tangentes, altera mentum.

125. 56. Orificio) tegumento, operculo, quo cistæ os recluditur.

126. 9. Per sacramēti genium) Milites per genium imperatoris & maiestatem iurant, omnia se strenue facturos, quæ præceperit imperator.

126. 9. Ob amissam spatham) Miles enim qui in bello arma amisit, uel alienauit capite punitur.

126. 30. Scrutino) Pro scrutatione, inuestigatione. Verbum plebeium, eruditis tamen usurpatum.

126. 41. Inquieti procacitate) Inquieta petulantia.

126. 45. Collimatis) Obliquatis & detortis.

126. 55. De prospectu & umbra asini) significat ex re insperata sæpe magnas res prodi atque manifestari, adduciq; in discrimen.

In librum decimum scholia.

129. 16. Illud causæ faciens) Causatus.

129. 45. Vindictæ compendium) Viam ad vindictam priuigni cōpēdiariam & breuem.

129. 48. Personata) Ficta, composita, simulata.

129. 54. *Comprimere*) *Verbum obscena
significationis.*

130. 40. *Martique iudicij*) *Areopagitas
intelligit, qui iudices senatorésque Athenien-
sium fuere.*

130. 25. *Cruciarius*) *Dignus cruce.*

131. 14. *Culleo*) *Pœna parricidæ more ma-
iorū hæc instituta est, ut parricida uirgis san-
guineis uerberatus in culleo insuatur cum ca-
ne, gallo gallinaceo, uipera & simia.*

131. 15. *Cum iam sententiæ pares*) *Ritum
iudicantium Romanorum exprimit, quem ex
Asconio Pædiano licet cognoscere.*

132. 31. *Somniferum mandragoræ succū*)
*De utraque mandragora copiose Ruellius li-
bro. 3. cap. III.*

132. 53. *Feralibus amiculis instrictus*) *se-
pulchralibus uestimentis illigatus.*

133. 31. *Crustula*) *Edulia mellita, operisq;
pistorij, fortè quæ $\omega\lambda\alpha\kappa\omicron\upsilon\nu\tau\epsilon\varsigma$ dicuntur, &
reliqua quæ sequuntur cibos significant ex ope-
re dulciario, à figura ita dictos.*

133. 33. *Scitamenta*) *Edulia ex eo dicta q
sciti saporis sint.*

134. 1. *Omnia cætera*) *Gracismus τὰ καὶ
πάντα, id est in omnibus cæteris.*

134. 12. *Eteocleas contentiones*) *Capitales
& acerbæ. Ab Eteocle qui fratrem Polynicem
odio exitiali infectatus est.*

134. 22. Phineias dapeis) Notum est quomodo Harpyiæ mensas Phinei Arcadiæ regis contactu immundo, & uentris illuuiæ fœdauerunt, cibosque ei obcæcato tantisper inuolantes diripuerunt, donec ab Argonautis expulsæ ad insulas Strophadas confugerent.

134. 25. Aruina) Pinguedine succosa, aruina tamen proprie pingue illud durum.

135. 4. Lafere) De hoc abunde Ruellius capit. 52. lib. 3.

136. 36. Asinariæ Pasiphaës) Oppido quæ decenter Pasiphaë asinaria mulier dicta, quæ ita expetebat asini concubitus, sicut illa Pasiphae poetis celebrata tauro supposita, ferinos coitus adamabat.

136. 48. Murice Tyrio) Murices conchæ sunt quales purpuræ, ex quorû sanguine tinguntur uestes infecto pretioso.

137. 6. Poscinumnia) Decenter fictum ex posco & nummis, ut illud quod mox sequitur negocinumnia.

137. 7. Aduentorum) Quidam aduectorû.

137. 18. Proluuium libidinis) Cupiditatē, desiderium coeundi, quasi prolubiû à lubēdo.

137. 27. Ex unguiculis ppruriscens) Quando uel extremis corporis partibus extimulatur in coitum.

137. 34. Teneo meum palumbulum) Verba sunt matronæ abblandientis asino.

137. 44. Operosa) Plena operarum Venē-
riarum.

139. 19. Sacram) Sacratam & diuinam ab
effectu, cæteris longe præstantiorem.

139. 20. Proserpinæ sacra) Potio uenenata
& pernicialis.

140. 56. Confarraturus) Tribus modis a-
pud antiquos uxor habebatur, usu, farreo, co-
emptione. Verum confarratio solis pontifici-
bus conueniebat. Erat autem solennitas quæ-
dam uinculi maritalis, qua nouæ nuptæ far-
reum proferebant, quod est libi genus ex far-
re factum. Itaque alludens ad priscorum uer-
ba, simpliciter intelligi uult fœminam publice
destinatam quasi uxorem asino, quæ publico
spectaculo, cum eo perinde ac cum marito cõ-
cumberet.

141. 21. Saltationem Pyrrhicam) Graphi-
ce formam saltationis exprimit.

141. 32. Tiara) Tiara ornamentum est ca-
pitis quod soli reges gestabant apud Persas.

142. 13. Cassides orbatae) Nouè pro orbi-
culatae.

142. 23. Hormum) Canticum impetuosum;
& alacritati bellicæ accommodatum, ab op-
udæw. Quidam legunt orthrium, quod est Pal-
ladis bellici ardoris incentiuum.

143. 16. Catos illos) Apud prudentes illos
à quibus damnatus est Socrates.

- In librum undecimum quædam annotata.
145. 58. Passiue) Passim & incondite.
146. 11. Palla) Vestimētum matronale & honestæ mulieris.
146. 14. Contabulatione) à similitudine dixit contabulationis domus.
146. 27. Cymbium) Poculum procerum simile cymbæ, naui. alij per syncopen quasi cissimbium, ligneum poculum ex hedera.
146. 3. Arabiæ felicitis) Fortè intelligit thus qđ inde affertur, est enim aromatifera.
148. 51. Cataclista) Vestis undique clausa à κατὰ κλείω.
148. 56. Magno serapi) Apis rex Argiæ. rum transuectus in Aegyptum cum ibi mortuus esset, factus est serapis, omnium maximus Aegyptiorum deus.
149. 11. Cinctum pectoralem) Non tā cincturam quàm uestem intelligas.
149. 36. Anubis) Qui & Mercurius, nuncius superum ac inferum prodibat attollens caninum caput.
152. 4. Carchesio) summa pars ueli naualis carchesium nominatur, ut inferior paternæ, media trachelon.
152. 5. Cerucho) Ceruchos cornutus, poniturque pro cornibus naualibus, quæ in utroque ueli latus diffunduntur.
152. 13. strophij anchoralibus) Vinculis.

152. 32. λαοῖς ἀφ' αὐτοῦ) Vt hodie quoq;
obseruatur. denunciat enim astantibus sacri-
ficus finito sacro, dicens Ite missa est.

152. 26. Pastophorūm) Pastophori sacerdo-
tes sacrosancti quasi thalamiferi, hoc est in
supplicationibus pallium ferentes.

153. 33. Lege, rem diuinissimam.

155. 10. Capreolatūq;) In modū capreo-
lorum implicatæ. Est autem capreolus, qui
se erigit ad locum capiendum & nites impli-
cat.

155. 52. stolis) stolas accipit pro uestibus
sacerdotalibus.

156. 5. Grypes Hyperborei) Qui in Hyper-
boreis mōtibus nascuntur, quos haud procul
ab ipso Aquilonis exortu esse producit. De gry-
pibus, cum quibus bellum assiduum est Ari-
maspis Plin. lib. 7. cap. 2.

156. 7. Olympiacam stolam) Caelestem &
diuinam, olympijs dijs dicatam.

157. 27. Teletæ) sacrificij, consecrationis,
expiationis.

157. 3. Mithram) Alludit ad solis nomen,
qui serapis & Osiris, & Mithra à Persis di-
ctus est.

157. 20. Campensis) Quia in Campo Mar-
tio templum Idis fuit constitutum.

Finis annotationum.



To name

